3 1761 07830363 3

200
T. 199
no. 960

CARTULARIO

DEL

MONASTERIO DE ESLONZA

PUBLICADO POR

V. V.

PRIMERA PARTE

MADRID
IMPRENTA DE LA VIUDA DE HERNANDO Y C.ª
Calle de Ferraz, núm. 13.

1885

CARTULARIO

DEL

MONASTERIO DE ESLONZA

PUBLICADO POR

V. V.

PRIMERA PARTE

MADRID
IMPRENTA DE LA VIUDA DE HERNANDO Y C.ª
Calle de Ferraz, núm. 13.

1885

B1
2655
S14 A3



SECCIÓN PRIMERA.

DOCUMENTOS REALES.

I.

Donación de varias iglesias hecha al monasterio de Eslonza por el rey Don García.

30 Agosto. A. 912.

Dominis sanctis atque gloriosis et post Deum nobis fortisimis patronis venerandis Martiribus, quorum reliquie condite requiescunt sancte Eulalie uirginis et sancti Uincenti leuite, in cuius honore baselica fundata esse dignoscitur in suburbio Legionense ciuitatis in uallem quam uocitant Elisontie, nos adelines famuli uestri Garsea princeps et Mumma domna regina si beneficiis diuinis nostra compesetur oblatio paruipenditur quod offerimus que quod sumus quod uidemus quod est rregno predicto et rerum presentium nutu Dei sumus celesti largitate locupletati, sed quia omnis oblatio pro fidei quantitate et sincera pietate pensatur non putamus esse minima que magna fides Deo consecratur. Denique offerimus idem ad patronos uestros pro subsidio fratrum in eodem monasterio uitam sanctam degentibus de propriis facultatibus nostris pro remedio animabus nostris et ut ante Deum mercedis recipiamus uicem, ecclesias sanctæ Mariæ uirginis et sancti Martini episcopi, item sanctæ Mariæ et sancti Iuliani et Bassilise et sancti Saturnini quam obtinuit tius noster domnus Nunnus de dato patris nostri, per omnes suos terminos seu et de parte orientale

secus dextros ecclesias concedimus terminum usque ad ipsam fontem qui est in uallem de Cascita, de parte quoque meridiana usque in uallem de Zuleiman, et de partem occidentalem ad uallem de Pruento; omnia supra taxatum iure hereditario in hunc testamentum fieri iussimus in loco sacrosanto sicut altari uestro prona deuotione oferimus. Quod si quisquam pontificum aut sub pretextum nostrum uel cuiuspiam asertionis aut generis homo hanc nostram uoluerit conuellere deuotionem, aut nostri huius decreti uel testamenti infringere tenorem, sit anathema in conspetu Dei patris et sanctorum apostolorum uel omnium martirum eius et insuper inferat parti idem sanctæ ecclesias uestras tantum et aliud tantum quantum auferre conauerit. Facta scriptura testamenti III kalendas Septembris Era DCCCCL. Anno secundo rregni nostri. Garsea princeps hanc scripturam testamenti a nobis factam. ✠

Mumma Domna regina hanc scripturam testamenti a nobis factam conf. ✠ Ranimirus conf. ✠ Sub Christi nomine Iauadius Dei gratia astoricensis sedis episcopus conf. Sub Christi nomine Attila gratia Dei zamorense sedis episcopus conf. Sub Christi nomine Cixila Dei gratia legionense sedis episcopus conf. Sancilupio testis. Ordonius ts. Abtaman ts. Sisebutus ts. Rundesindus presbiter ts. Abdias presbiter ts. Mironius presbiter ts. Amor presbiter ts. Sisnandus diaconus ts. Sisuertus diaconus ts. Maruan diaconus ts. Abhilal diaconus ts. Theudiselus diaconus ts. Ranemirus ts. Sisebutus ts. Monnio ts. Flaianus ts. ✠ Hordonius ts. confirmans. ✠

Letra cursiva visigoda. 0,43 × 0,31. Tiene cortado el principio.

II.

Donación de varias villas hecha al monasterio de Eslonza por el rey Don García.

13 Octubre. A. 913.

In nomine Domini Dei et saluatoris nostri Ihesucristi, dominos sanctos gloriosissimos nobisque post Deum fortissimos patronos beatissimos sancte Eulalie et sanctorum Petri et Pauli apostoli in cuius honore dedicatum atque fundatum est monasterium in ualle que uocitatus est Elysonçie territorio legionense inter riuulos nuncupatos Istola et Porma siue et cultoribus ecclesie uestre Aiubandus abba uel collegio clericorum eodem in loco degentium, nos famuli tui Garseas Rex una pariter cum uxore mea Munia domina oramus ut dignenimi de nostro suscipere piam oblationem, deuote offerimus parua atque exigua munuscula a sancto altari uestro pro reparationem eiusdem ecclesie, pro luminariis iungiter accendendis et pro adolendis odoribus sacris et sacrificiis inmolandis Deo placabilibus, pro uictu uel uestitu monachorum que sub aula uestra morabuntur, pro susceptione peregrinorum et sustentationibus pauperum, damus uobis atque concedimus villas procul monasterio uestro sitas cum adiacentiis et prestationibus suis, id est uillas de sancta Maria, villa Uermude, villa de Uiduas, villa de illa Fonte, Rebollare, valle de Ferrarios, Taroços, medio de Mellanzos, villa Ratario, villa de Mauros, valle de Oueko, ipsas uilllas nominatas cum omnibus adiacentiis et prestationibus suis, ita ut omnis populus ad uestram concurrant ordinationem pro uestris utilitatibus peragendis, et quicquid auos inuictum uel ordinatum fuerit uel acceperint, omnia illa inexcusabiliter adimpleant atque peragant, habeatis licentiam ad adplicandos homines et ad populandum de

ciuitatibus, de uicis, de castellis, omnia tributa, furta, omicidia, iudicia, nobis persoluant et ad peragendum. Sunt uero ipsas uillas intus terminos per uel concedimus ad sepe dicto monasterio tam qui sunt populatas quam et qui uenerint ad populandum infra terminos nominatos. Per carraria de uilla Montane, et per illo Molare et per carraria de tomba de sancti Michaelis, et per media villa Mellareos, et per illo Molare super presa usque ad illos ortos de uilla de Mellanzos, et per rego antiquo apartense usque ad ualle de Usso, et per medio Valleio usque ad uia ad illo carnalio que posuerunt in termino sub sancto Stephano, et inde per uia ad sursum usque ad ualle de Ouecco, et per ipso termino usque in Capdez de Senza, ad aquilone usque in carrale maiore que discurrit ad monte, et per termino de sancti Michaelis, et per illa forcata et per illa canalelia et per carraria de tomba, inpruno et per otero de Ulcelias, et per ualle de Talias, et per illa lomba de Castriello et refringet in Carrale de uilla Montane unde prius diximus, deinde ad suso tomus (*sic*) ualle de Elisonça ad integro concedimus post parte uestra quare hec omnia quicquid superius est taxata aduestros usus semper pro nostre perpetuitatis mercedem nostrisque abolendis delictis uestro nomine sit dedicatum. Nihilque exinde aquolibet clero ius ecclesiasticum comutatem nichilque inquelibet persona transferentem ita ut dum taxat abbas supradictus Aduiuandus uel qui post eum successor fuerit in loco sancto uestro secundum regulam beati Benedicti precepit, sit fratribus hec omnia communia pro ut opus fuerit, expendant, habeant et contineant et pro nos orare non pigeant. Siquis uero post tempus nostrum ad inrupendum hunc uotum nostrum consurgere miterit sit anathema in conspectu Dei patris omnipotentis, et duplam confusionem a Spiritu Sancto non careat, et uiuens terra obsorbeat illum, et insuper danna secularia aflictu inferat parti ecclesie tantum et aliud tantum quantum auferre conauerit, et hec scriptura testamenti firmum obtineat uigorem ualitura per secula cuncta. Amen. Factum et confirmatum hunc series testamenti sub die quod est III idus Octuber, sub Era DCCCCLI, anno feliciter regni nostri. In Dei nomine commorante in ciuitate legionense Garseas rex hunc testamen-

tum a nobis factum confirmauit. Muma domina confirmat. Hordonius princeps quem relegendo coguoui conf.

Es copia escrita en letra francesa del siglo XIII. 0,36 × 0,18.

III.

Donación de la Villa de Mutarraf hecha al monasterio de Eslonza por el rey Don García.

13 Mayo. A. 923.

XPS. In nomine Domini et Salbatoris nostri Ihesu Christi, dominos sanctos et gloriosisimos nobis quem post Deum fortissimos patronos beatissimos sancte Eolalie et sanctorum Petri et Pauli apostoli in cuius onore et dediqatione fundatum est monastœrium in ualle que uocitatus est Elisonza territorio Legioneuse inter riuulos nuncupatos Istola et Porma, siue et cultoribus eglesie uestre Aiubandus abbati uel collegio clerigorum in locum degencium, nos famuli tui Garseani nutu Dei rex una cum congugie mea Muma doma regina prolis in eternam solicitatem et perpetuam dicnitatem, ex propris bonis rebus parentum uel auorum nostrorum, tibi Domino et sanctis tuis apostolis umilitær aulæ santæ dedigamus munus digne Dominæ in domun celiga mansione multarum, siue quod domui tue iustisime sepæ digat et lizet tue sunt Dominæ tam ereditaria quam et adque sita, et nos tui, et ea que a te accepimus tibi concessimus, tamen ob inde petimus ut nostra deleas nostra que uetes (*sic*) aduerse et ad oc opus et tua asueta misericordia mereamus ex candoræ chorea regna et nigrauitaret genna, ideo que offerimus ad supra taxatum monasterium uestrum, tam pro luminariis sagris sanctis altaribus, quam ecciam pro sustentacio fratrum in eodem logo in Dei figam (*sic*) adquem onestitatem uitam degentes id est uila de Mutarrafe que fuit de auorum et parentorum meorum

cum uineis et terris pomiferis, pratis, pasquis, padulibus, cesum et regresum, siue uilam populatam quomodo et qui superuenerint ad populandum ipsa uilla ad integritate ad domum Dei illa conzedo, et est ipsa uilla inter ulla Reuellæ et sancte Alessander, et a partem orientalæ per sancte Marie uirginis et a partem ocidentis per termino de Frontes, et de uilla de Anuitos omnia denozidia de uita uel omni indigatum tributa ad eius monasterium exolbat ad integritate. Si quis unc uotum nostrum infringeræ conauerit in primis careat suis a fronte luminibus, penibusque ultricibus cremetur cum opibus suis adque in die examinacionis cum tartareis lugead penis, et insuper inferat omnia sancto monasterio duplatum perpetim auiturum, et non uideat que bona sunt in Ierusalem neque pars in Israhel, set fiat ut pulcus que fit uentus a ffacie terre, retro gradiar, retro atuertat, et sit pars eius cum Iuda Christi traditoræ in perpetua damnacione. Facta scriptura testamenti die III idus Magii Era DCCCCLXI.

XPS. Garseani rex hanc testamentum une cum coniuge mea Muma domna, regina a nobis factum et roboratum. ✠ Ranimirus confirmans. ✠ Urraca regina conf. ✠ Fronimius gracie Dei episcopus. ✠ Sub Christi nomine Gaudecus episcopus confirmans. ✠ Ueremudo testis. Uellite testis. Didacus testis. XPS. Gutierre Menendiz conf. Sesebutus Petri conf. Guisuadus conf. Sesebutus Mauratelli conf. Eresindus conf. Gebuldus conf. Sancius Lupiz conf. Conancius conf. Petrus notuit.

Letra cursiva visigoda. 0,44 × 0,25.

IV.

Donación de una heredad, otorgada al monasterio de Eslonza por Ramiro II.

26 Junio. A. 938.

Sub Christi nomine. Domnos et patronos nostros sanctorum apostolorum Petri et Pauli in cuius honore fundatum est monasterio in ualle Elissonçia. Nos famuli uestri Ranemirus rex et Uraca regina, paruis pro magnis offerimus ad sacris altaribus uestris pro sustentacionibus pauperum aduenienciuni, uel seruis Dei que ibidem cotidie in oracionibus et uigiliis Christo militant, tam Adiuuandus abati quam et qui post illum loco sucesserit, damus adque concedimus lacum predictum in berno Bustum quod uocitant Uitalicum, cum omnibus exitibus et introytibus, montes, fontes, pratis, pascuis uel omnibus appendiciis et prestacionibus suis, per suis terminis determinatum, per illam lameram et per termino de domno Guysando, et a fine de alia parte ad uado de Correla, et per termino de sancta Marina, et per summa çerra de Arenes, e per summa penna Laça, et per illa lonba de Mercoria, et per summos Males, et a fine ad illas pennas de Ualle Martini, et per summa çerra de Ualle Martini, et a fine in regnum (1) de Çepollero, et per regnum et fine ad illa lamera superius nominata, ut ante iudicem nostrum mereamur pro quo animum remissionem, ita ut de hoc die in se ipsum Busto de nostro dato in uestro dominio traditum et perheniter contestatum, pro que accepimus de uos in honore (2) mulo castano et alia mula amarela et ad Uirmundus Nunioni Sala Caremiz proque uobis illum

(1) Por *regum*. V. glos.
(2) Por *robore*.

consideraui. Siquis tamen quelibet homo, uel propinquis nostris aut intemeratus, per potentiam, hanc nostram oblacionis kartulam disrrumpere temptauerit, sit in primis a sancta Eclesia extraneus et in futuro cum Iuda traditore Domini lugeat penis, et hec scriptura firmum uigorem obtineat per secula ualitura. Et est notum die VI. kalendas Iulias. Era DCCCC.LXXVI.

Ranemirus princeps hoc testamentum a me factum et confirmatum.

Letra francesa. Es copia hecha al parecer en el siglo XIII. 0,31^{m} × 0,21.

V.

Donación de heredades en territorio de Aguilar, por Alfonso VI á su hermana Urraca.

15 Octubre. A. 1071.

XPS. Magnum est enim titulus donationis in qua nemo potest hactum largitatis inrumpere neque foris legem proicere sed quicquid grato animo integroque consilio et prona mea voluntate accessit semper libenter amplecti. Ideo namque ego Adefonsus rex uobis dilectissima adque amantissima soror mea domina Urracca prolis Fredenandiz facio uobis scriptura donationis de hereditates quos ganabit pater meus de comite Flagino Fredenandiz, qui ei semper tirannus extitit cum multis argumentis malis, et sunt ipsas hereditates secus flubio Estola, territorio Aquilare, id sunt: Uilla Noufar per suis terminis, Carualiar per suis terminis, Sancto Iohannes per suis terminis, Campo Rodondo per suis terminis, Ualle Martini per suis terminis. Adicio uobis uilla quam dicunt Cento Fontes qui fuit de abio meo comes Fredenando Ueremudiz, hic in ripa de Estola, etiam et monasterio de Cisterna cum ajuntionibus suis, simul et alias hereditates que fuerunt

de comitissa domina Geluira, filia comes Faffila Fernandiz quos abuit in ripa de Estola et in illa terra de Sumontia quos ego uobis incartabi. Do uobis ipsas uillas uel monasterio ab integro per suis terminis et locis antiquis sicut eas obtinuerunt parentes nostri uel ego usque nunc, cum omnes abitantes in eas uel qui ad abitantum uenerint extra meos juniores ad uestram concurrant ordinationem, et in cunctis uestram adimpleant jussionem, per tale foro dum modo illas alias incartationes quos antea uobis feci nullo scurro fisci uobis in eas non pretermito quod eorum januas inquietet nec inmodice. Si quis tamen quod fieri non credo contra hunc factum meum uiolare uenerit uel uenerim, quomodo dupplet uel dupplem uobis quod sursum resonat uel quantum ad uobis fuerit melioratum et insuper pariet auri libras quinque et uobis perpetim abituras et unc factum meum plenam obtineat firmitatis roborem euo perenni et secula cuncta. Et pro confirmandum igitur hanc scriptura accipio de uos una adorra auro texta que fuit empta in duos mille methtecales de auro. Notum die ipsas idus Octubris, Era I.ª C. VIIII.ª

Adefonsus rex in hanc scriptura donationis manu mea confirmo. —Froilani, ovetense sedis æpiscopus conf.—Bernaldus, palentine sedis æpiscopus conf.—Pelagius legionense sedis æpiscopus conf.—Petrus astoricense sedis æpiscopus conf.—Gundissalbus britoniense sedis æpiscopus conf.—Fredenandus abba de sciterio Sancti Facundi conf.—Petrus Gundisalviz conf.—Uisclamundus arcipresbiter conf.—Adefonso Didaz notarius conf.—Iohanne Baldemiriz conf. —Rudericu Uimaraz conf.—Ueremudo Ordoniz comes. conf.—Fernando Fernandiz, comes, conf.—Petro Ansuriz, comes, conf.—Martino Adfonso, comes, conf.—Gundisalbo Adfonso, armiger, conf.—Tello Gutierrez equinomius conf.—Uellite Petriz conf.—Munnino Uelasquiz conf.—Munnino Didaz conf.—Ueila Ouequiz conf.—Ruderico Ouequiz conf.—Fernando Uermudiz conf. —Didacu Uimaraz conf.— Gutier Telliz conf.—Sonna Telliz conf.—Uermudo Ouequiz conf.— Guttier Adefonso conf.—Ruderico Didaz conf.—Fernando Didaz conf. —Guttier Neptianiz conf.—Pelagio Neptianiz conf.—Dominico Petriz

conf. — Eita Uita testis. — Dominico testis. — Memmi testis. — Petro testis. Suario testis.—Martino Cresconiz notuit conf.

Letra visigótica cursiva. $0{,}43^{m} \times 0{,}60$.

VI.

Donación del monasterio de Santa Maria de Algadefe al de Eslonza por Alfonso VI.

14 Marzo. A. 1099.

XPS. In nomine sancte et individue Trinitatis eterni scilicet Genitoris ante secula Deus existentis unigenitique redemptoris sine initio temporum de eodem Patre eructuantis almi adque flaminis exutroque, scilicet Patre et Filio equaliter ab eterno procedentis, qui vere est trinus in una trinitate et vere unus in trina unitate quem laudant simul astra matutina, cui angelorum et arcangelorum turma concelebrat gaudia mira collaudando trinum Deum in una usia (sic), qui celos extendit mirabili potencia, qui terram fundavit potenti dextera, cuius nutu reguntur huniuersa, pro cujus pauore concutitur celi columna, ad cuius aspectum nutat mundi tabula subquo curuantur qui portat orbem et astra ypsum collaudant bestie siluicole propia lingua miscendo uocum famina per diuersa linguarum genera, cui est honor et laus pernunquam finienda seculorum secula amen. Hoc est privilegium quod facimus ego Adefonsus rex et germana mea Urraka, Fredinandi regis et Santie regine filia, tibi factori et creatori omnium rerum tibique benignissimo redemptori nostro Ihesu Cristo, tibi etiam pneumati almo qui ubi uis spyras et cum genito genitoreque omnia gubernas, et quia tu Domine Ihesu Criste expandens manus tuas in cruce traxisti omnia ad te, inter que omnia nos exiguos sacre fontis lauacro renatos traxisti ad te

ideoque perpendentes animo nostro illum ultimum diem tui examinis in quo venturus es iudicare uiuos et mortuos, manifestus et terribilis per timore iudicii tui conturbati, quamtulamcumque partem de hereditate nostra sequestramus tibi offerenda, ne inconspectu tuo uacui appareamus, non quod a nobis habeamus hec tibi tribuenda, sed quod a te acceperimus tibi offerenda, suscipe iam o Deus pie qui es inmensus in minimis, suscipe a nobis parua et hec tibi placabilia ut cum ante te fuerimus presentati, nobis regni tui reddas gaudia inmensa. Offerimus itaque bone Deus tibi et sanctis apostolis tuis Petro et Paulo quorum cenobium situm est in ualle Elysontia, abbati etiam Christoforo cum collegio monachorum sub regula sancti patris Benedicti die noctuque ibi Deo militantium, tam presentibus quam futuris, offerimus inquam monasterium sancte Marie de Algadef consitum in territorio de Coanca cum omnibus sibi pertinentibus, cum uillis et hereditatibus, cum montibus et fluuiis, cum molendinis et diuisis, cum eclesiis et suis terciis et cum suis terminis, imprimis per terminum de Toral, de inde per terminum de uilla Palmaz, et per terminum de Castroferet, et per terminum de Villarabines, et per terminum de uilla Adamandos, et per terminum de Sancto Salvatore, et per terminum de Nigrellos, et per terminum de Laguna, et infringit ubi primitus nominauimus villas illius monasterii siue hereditates pernominatas, tam infra terminos quam extra, Pedregales, Carriones, barrio sanctus Romanus, barrio de Perales, Villa Rabines cum sua ecclesia ab integro, Sanctus Vincentius de Uillakexida ab integro, in Castrellino medietatem ab integro, in uilla Ornad terciam partem, in Castroferet medietatem ab integro, Sanctus de Coanca Uincentius ab integro, in ualle de Fonte ecta, Pieros ab integro, Populatura de Pepe ab integro, villa Arelio cum suis pertinentiis, in Sancta Maria antiqua uno solare cum sua hereditate, Sanctus Iohanes circa Sanctum Adrianum, in Baradonis uno solare cum sua hereditate, in Sancta Marina de Sancto Christoforo una posada de sale, in terra de Astorica ual de Boraz et Beldedo, in villa Uelaz una corte cum sua hereditate, hereditatem etiam de Treuledo. Accipe Deus hec numera a nobis tibi et apostolis tuis oblata nomini tuo et

eorum consecrata et concede ut cum iudex adveneris et cum eisdem apostolis orbem iudicaveris, eorum precibus pulsatus nobis sis iudex mittissimus, eruatque nos oratio eorum de flammis ermi ultricibus et purgatos ab omni culpa introducat in paradisiali curia Amen. Quisquis autem homo contra hanc seriem scripture uenerit et eam infringere conauerit, vel ex his que nos offerimus ausu temerario aliquid aufferre temptauerit, tam de propinquis nostris quam de extraneis quisquis ille fuerit qui talia conmiserit, ueniat super eum iram Dei et rumphea celi, careatque duobus fronte luminibus, hereat eius lingua antro ne aspiret confessionis sermo in die supremo, sit separatus a Christi corpore et a uiuorum regiones, et cum Datam et Abirom obsorbeatur in inferno inferiore, multetur eterna dampnatione, cum Iuda Domini proditore derelictus a Deo in inferno perpetuo igne, nec inultimo examinis die, careat eterna confusione ut has luat penas in generatione et generatione amen, et ne inpresenti careat tribulatione, post partem monasterii, quamtum auferre uoluerit, duplatum et triplatum in simili loco componat, et post partem regis libras auri D. exoluat, et hec nostra scriptura et series oblationis plenum obtineat roborem et firmissimam stabilitatem euo perhenni et secula cuncta. Amen. Amen. Amen.

Facta karta testamenti et scriptura oblationis II idus Marcii Æra C^{a} XXX^{a} VII^{a} post I^{a}. Regnante Adefonso rege una cum Berta regina in Toleto et Legione. In Gallecia Raymundo comite una cum supra facti principis Adefonsi prole Urraka coniuge. Adefonsus princeps serenissimus namque Dei adiutus rex gloriosissimus hanc seriem testamenti quam fieri iussit et lectam audiuit manu sua roborauit et signum iniecit ✠ Urraka Fredinandi regis et Santie regine filia hanc seriem testamenti quam fieri iussit et lectam audiuit manu sua roborauit et signum in iecit ✠ Urraka Giluira Ferdinandi regis et Santie regine filia conf. Taraxia Adefonsi regis filia conf. Berta quoque regina conf. Henrik comes conf. Braulio Fernandiz testis. Gutier Petris testis. Gonzaluo Didaz testis. Bernardus archiepiscopus toletanie sedis conf. Petrus pontifex legionensis conf. Martinus presul ovetensis conf. Didacus abbas sancti Facundi conf. Raymundus comes conf.

Comes Petrus Ansuriz conf. Comes Martinus Flainiz conf. Comes Froila Didaz conf. Comes Fernando Didaz conf. Maior domus aule regie Fredinando Monniz conf. Armiger regis Gomez Gundesaluiz conf. Citi Didaz testis. Petro Fafilaz testis. Pelagio Roderiquiz testis. Didacus Citiz testis. Pelagio Ectat testis. Uermudo Suariz testis. Petro Sarracinis testis. Hordonio Sarracinis testis. Pelagio Petriz testis.

Hanc autem seriem oblationis quam domini mei Adefonsus rex et Urraka infantissa fieri iusserunt et ego Martinus presbiter eorum parens imperio concripsi manu mea roboraui et signum inieci ✠ Martinus confirmat.

Se conservan los hilos á que debió estar sujeto el sello pendiente. Letra francesa. 0,69 × 0,45.

VII

Donación de varios monasterios al de Eslonza por la reina Doña Urraca.

14 Mayo. A. 1099.

α✠ω In nomine sancte et individve trinitatis æterni scilicet genitoris ante secvla devs existentis vnigenitique redemptoris sine inicio temporvm de eodem patre ervctvantis almi atque flaminis ex utroque procedentis qui uere est trinus in una trinitate et uere unus in trina unitate, quem laudant simul astra matutina cui angelorum et archangelorum turma concelebrat gaudia mira collaudando trinum Deum in una usia (*sic*), qui celos extendit mirabili potentia qui terram fundauit potenti dextera, cuius nutu reguntur huniuersa, pre cuius pauore concutitur celi columna, ad cuius aspectum mutat mundi tabula, sub quo curuantur, qui portant orbem et astra ipsum collaudant bestiæ siluicole propia lingua miscendo uocum famina per diuersa lin-

guarum genera, cui est honor et laus per nunquam finienda seculorum secula amen. Hoc est priuilegium quod facio ego Urraka Fredenandi regis et Sanciœ regine filia, tibi factori et creatori omnium rerum, tibique benignissimo redemptori meo Ihesu Christo, tibi etiam pneumati almo qui ubi uis spiras et omnia bona inspiras et cum genito genitoreque omnia gubernas, et quia tu Domine meus Ihesu Christe expandens manus tuas in cruce traxisti omnia ad te, interque omnia me exiguam sacre fontis lauacro renatam traxisti ad te, ideoque per pendens animo meo illum ultimum diem tui examinis inquo uenturus es iudicare uiuos et mortuos manifestus et terribilis, pretimore iudicii tui conturbata, quantulam cumque partem de hereditate uel substancia mea sequestro tibi offerenda, ne inconspectu tuo appaream uacua, non quod ame habeam hœc tibi tribuenda, sed quod a te acceperim tibi offerenda. Suscipe iam, Deus pie, qui inmenssus es in minimis, suscipe ame parua et hec tibi fac placabilia ut cum ante te fuero presentata michi regni tui reddas gaudia inmensa. Offero itaque tibi, bone Deus, cenobium in honore principis apostolorum Petri et uas electionis Pavli constructum in ualle Elisonza situm, quod cenobium tritauus meus Garsias rex in culmine regni positus construxit, etiam et collegio monachorum sub regula sancti patris Benedicti Deo militancium decorauit eum benedictione abbatis Adiuuandi perornauit, qui regio sumptu eclesiam miro opere edificauit, quam supra factus rex in honore predictorum apostolorum consecrare fecit, sicque multis annorum curriculis Deo protegente substitit, sed quia in creaturis nil inmutabile quoniam tu solus es incommutabilis Domine, hoc cenobium nescio qua causa urgente uersum est in clericorum seu laicorum habitatione donec ad me est deuoluta hœc possessio hereditaria sorte, quam ut supra fata sum a me separo e tibi eam Deus offero ac rediuiuo honore ordine scilicet monastico eam se induo, abbatemque in ea nomine Christoforum concordia fratrum simul et mea benedictione pontificali consecro, eamque monachis tibi deseruientibus semper seruituram confirmo, talique tenore eam tibi Deus meus offero ut postquam uite diem ultimum somno mortali clausero, nullus de traduce mea, nullus de extranea, nemo de

regali dignitate, nemo de populari huniuersitate ab hoc loco sancto aliquod obsequium requirat uel aliquid in eo dominii exerceat nisi presens dominus et germanus meus rex gloriosissimus Adefonsus, et qui post eum regni sceptra eius ex semine obtinuerit, mihi autem quandiu uiua fuero hanc karitatem abbas et monachi exhibeant, ut cum eos uidendi uel causa orandi ibi uenero, decem seruientibus meis annonam alimentorum prebeant, nullusque post mortem mea existat qui hoc requirere presumat; sic dilecte redemptor meus Christe pro expiandis criminibus meis tibi hoc cenobium consecro et pietatem tuam supplicans adoro ut me exiguam quam precioso redemisti cruore regni tui facias participem esse. Adicio etiam et offero his sanctis altaribus in honore tui nominis alia III. monasteria, ut tibi seruientibus nulla sit prorsus indigentia, monasterium scilicet sancti Iohanis intus municionem muri legionensis iuxta aulam sancte Marie situm, quœ est sedes episcopalis quod fuit de comite Flaino Fredinandiz et perdidit eam propter rebellionem eam propter rebellionem quam exercuit contra patrem meum regem dominum Fredinandum, et dedit eum mihi pater meus sine sorte diuisionis inter meos iermanos, hoc monasterium offero totum ab integro cum omnibus hereditatibus suis sicut eum tenuit Tota Lupiz ex mea manu gratifice, offero etiam monasterium sancti Adriani quod est inmontanis situm, cum omnibus apendiciis suis totum ab integro cui quoniam calidas atque perspicuas emanat aquas uetustus fundator Balneare uocabulum indidit, adicio quoque in Asturias monasterium sancti Iohannis qui uocatur Uirbiu totum ab integro cum omnibus seruis et ancillis suis et cunctis hereditatibus suis [simile modo do et concedo medium sancti Cipriani qui uocatur Namo situm inter Lilium et Pennamian] (1) offero quoque unum uelum ante altare ponendum auro et argento frixo mirifice textum. Adicio alterum uelum ante altare appendendum, kandelabrum quoque cum septem lucernis argenteum ante altare illuminandum, capsulam argenteam, crucem etiam ar-

(1) Lo que va entre paréntesis está tomado del documento siguiente.

genteam plenam sanctorum reliquis, offero etiam libros XI quorum nomina hec sunt: Biblioteca, Moralia, Job, Vitas patrum, Passionum, Dialogorum, Sententiarum, Genera officiorum, Librum ethimologiarum, Libellum de uirginitate sancte Marie, Apochalipsim, Librum Hieremie. Accipe Christe hec munera a me tibi et apostolis tuis oblata nomini tuo et eorum consecrata et concede ut cum iudex aduencris et cum eisdem apostolis orbem iudicaueris, eorum precibus pulsatus, mihi sis iudex mitissimus, eruatque me oracio eorum de flamis ereui ultricibus, et purgatam ab omni culpa introducat inparadisiali curia amen. Quisquis autem homo contra hanc seriem scripture uenerit et eam infringere conauerit uel ex is que ego offero ausu temerario aliquid auferre temptauerit, tan de propinquis meis quam de extraneis, quisquis ille fuerit qui talia commiserit, ueniat super eum ira Dei et rumphea cœli, careatque duobus fronte luminibus, ereat eius lingua in palati antro ne aspiret confessionis sermo in die supremo, sit separatus a Christi corpore et auiuorum regione, et cum Datham et Abiron absorbeatur in inferno inferiore, multetur æterna dannatione, cum Iuda Domini proditore derelictus a Deo in inferni perpetuo igne, nec in ultimo examinis die, careat eterna confusione ut has luat penas in generatione et generatione amen, et ne in presenti careat tribulatióne, post partem monasterii, quantum auferre uoluerit, duplatum et triplatum in simile loco componat, et post parten regis libras auri D. exoluat, et hec mea scriptura et series oblationis plenum obtineat roborem et firmissiman stabilitatem euo perhenni et secula cuncta. Amen. Amen. Amen. Amen.

Facta kartula testamenti et scriptura oblationis II idus Mai, Æra C^{a}. XXX^{a}. VII^{a}. post T^{a}. Regnante Adefonso rege una cum Berta regina in Toleto et Legione. In Gallecia Raymundo comite una cum supra fati principis, Adefonsi prole, Vrraka coniuge. Adefonsus princeps serenissimus manuque Dei adiutus rex gloriosissimus hanc seriem priuilegii ✠ Berta quoque regina conf. Ego Urraka Fredenandi regis et Sancie regine, filia, hanc seriem priuilegii quam fieri iussi et lectam audiui manu mea roboraui et signum inieci ✠ Giluira Fredinandi regis et Sancie regine, filia, conf. Urraka Adefonsi serenissimi

regis et Constantie regine, filia, conf. Tarasia Adefonsi regis filia conf. Henrik comes conf. Maiordomus aule regie Fernando Monniz conf. Armiger regis Gomez Gundesaluiz conf. Didacus abbas sancti Facundi conf. Bernardus archiepiscopus toletane sedis conf. Petrus pontifex legionensis conf. Martinus presul ovetensis conf. Raymundus comes conf. Comes Petrus Ansuriz conf. Comes Martinus Flainiz conf. Comes Froila Didaz conf. Comes Fredinando Didaz conf. Braulio Fernandiz testis. Gutier Petris ts. Gonzaluo Didaz ts. Citi Didaz ts. Petro Fafilaz ts. Pelagio Roderiquiz ts. Didagus Citiz ts. Pelagio Ectaz ts. Vermudo Suariz ts. Petro Sarraciniz ts. Hordonio Sarraciniz ts. Pelagio Petriz ts.

Hanc autem seriem oblationis quam domina mea Vrraka fieri iussit et ego Martinus presbiter eius parens imperio conscripsi manu mea roboraui et signum inieci. Martinus confirmat.

Letra de transicion de la visigoda á la francesa, 0,27×0,50.

Hay otro ejemplar del mismo documento escrito en letra francesa de la fecha del documento con algunas variantes.

VIII.

Donación de la villa de Vilela otorgada por la infanta Sancha á Gonzalo Álvarez.

27 Setiembre. A. 1120.

XPS. Sup Christi gratia Dei Patris omnipotentis indiuidue trinitatis Pater et Filii et Spiritus Sancti amen. In Dei nomine. Ego Infan dona Sansia filia Comite Reimondus et regina dona Urraka ad uobis Gonzaluo Aluarici et uxor tua Maria Pelaici in Domino Deo eterne et in Christo salutem amen. Placuit mihi per amoren et gratum meum et per meas mentes et uolumptas ut facio ad uobis kartula donationis sicut et facio de una hereditate que abeo in territorio de Le-

gione discurrentem ribulo Estola inter Uale et terminum sancti Petri Deslonza, uila pernonimata Uilela, dono uobis illa uila toda intecra cum cortes et solares populatos et impopulatos, cum terras et uineas et eiras et pratos et cum montes et fontes uel sesigas molinarum et con quantum ad prestitum hominis est in ipsa uila per suis terminis et locis antiquis et quanto ego iurificabo, sic dono uobis tota ad intecritate habeatis et posideatis, et sunt suis terminis: per portel de Castro et cuomo discurre ad octer Denizal, et inde octer Deruim, et cuomo discurre ad portel de Uila Montan usque deuene ad flan (sic) de Uint, et inde deuene ad plan Damaia; damus ad uobis adque concedimus pro amorem et seruicium bonum quod mihi fecistis, et ad confirmandam uel rouorandam istam kartulam accipio de uobis Gonzaluo Aluarici et Maria Pelaici un manto uero tantum quantum fuit inter me et uos conueniente, hec uobis dono et post parti uestra concedo habeatis et possideatis et faciatis de illa hereditate toda uestra uolumptate sic in uita uestra quomodo et post morte uestra. Et si ego Infan dona Sansia non per nulla mala querencia, tam eo quam de partes meas, tam rex quam regina, tam commites quam potestates, qui quid sedeat qui ista hereditate uoluerit demandare aut incontrariare uel istam kartulam uoluerit inrumpere, in primis sedeat excomunicatus de Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et sedeat separatus ad fide katolica et ad sancta mater ecclesia, et non uideat que bona sunt in Iherusalem, nec pars habeat cum electis Dei, sed habeat parte cum Iuda traditore in perpetuum inferni usque in secula seculorum amen, et super maledictio ista pariat ad uobis Gonzaluo Aluarici uel ad uxor tua Maria uel a qui noci uestre pulsauerit, illa hereditate duplata uel triplata in simile tale, et de super mil solitus de ariento. Facta kartula donacionis sub die quod erit V° kalendas Octubris Era C^{a} L^{a} VIII^{a}. post milecima. Regnantem regina dona Urraka in Legione et suo filio rex domino Adefonso in Toletuo. In sedis sancta Maria toletanee archeepiscopus Bernaldus. In legione sedis sancta Maria episcopus Didagus. In Astorga episcopus Pelagius. Ouetaneus Pelagius episcopus. In sanctorum Fagundus et Primitibuus abbas Bernaldus. In terras de Luna commite Susirus. In

Asturias Gonzaluo Pelaici. In Uale Petro Dieci. In Kastro terra Roy Dieci. In Zeia Garcia Lopici. In Melgar Rodrigo Martinici. In Lara commite Petrus. Ego Infan dona Sansia filia commite Reimondus et Regina dona Urra ad uobis Gonzaluo Aluarici et uxor tua Maria Pelaici in hanc kartam donationis manus meas rouoro. ✠ Qvi presentes et sapitores uel testimonias fuerunt. Commite don Fernando conf. Gonçaluo Pelaizi conf. Petro Dieci conf. Roi Dieci conf. Ordon Petrici conf. Pelai Iohanis conf. Gonzaluo Garcia conf. Fagun Petrici maior domus in kasa de illa Infante. Moniu Petrici conf. Saluator Petrici conf. Anaia..... conf. Petro Gonzaluici conf. Gonzaluo Aluarici conf. Pelai Nunici conf. Petro testis. Ioanes testis. Monius testis. Et toda illa criaçon qui sum de illa Infante qui sunt sapitores.

✠ Et ad rouoratione kartulam un manto uero preciatum in CCC solidos. Et plures legendum in concili sancti Fagundi. Guimara notuit.

Letra francesa, 0,37×0,23. Copia de mediados del siglo XII.

IX.

Convenio con aprobación real sobre la propiedad de la iglesia de San Juan de Verbio.

A. 1132.

Era Ia Ca LXXa. Presidente domino nostro totius Yspaniæ rege gloriosissimo Adefonso, Oueto, una cum Berengaria regina et eius germana infante domna Sanctia, comite etiam domino Suario, nec non et Rademiro Froilaz, Rodrico quoque Uermutiz et Petro Braoliz, dominoque Adefonso ouetensis ecclesiæ tunc episcopo omnisque curia regis tam legionensium militum quam etiam asturicensium. Orta fuit contentio inter abbatem sancti Petri Elisonzie domnum Pelagium et Petrum Didazi super monasterium Sancti Iohannis de Uerbio quod

incartauerat et intestauerat domna Flanila Sancto Pelagio et Sancto Isidoro et infanti domine Urrache Fredenandi Regis et Sanctiæ reginæ filia et dederat eum ipsa infans ecclesiæ sublimium apostolorum Petri et Pauli Elisonziæ et possederat eum ipsa æcclesia omni uita ipsius et omni tempore quo usque uixit gloriosissimus rex Adefonsus. Quod post mortem ipsius suprafati regis intrauit eum ipse Petrus Didaz uiolenta manu et abstulit supra fate ecclesiæ, medietatem sibi uindicans et aliam eidem eclesiæ relinquens. Super quod ante supra fati principis presentiam uterque conuenientes atque diu multumque raciocinando contendentes, regis uoluntate et amicorum consilio, infantisque domne Sanctie mandato, dedit ille abbas Pelagius Petro Didaz illud monasterium totum ab integro, hac condicione et hoc pacto ut teneat eam tota uita sua ipse et uxor eius Maria Ordoniz et contineant et laborent illud sicuti suam, hereditatem et gubernent et obtineant illam criacionem sicut suam, et pos mortem amborum remaneat cum toto suo directo pos partem Sancti Petri sine tota calumnia, non filius, non filia, non nepos, non aliquis homo ex illius natura inde aliquid querat aut tollat neque de hereditate neque de substantia. In cognicione autem et in honore et seruitio debet per singulos annos Petro Didaz et uxor sua Maria Ordoniz dare ad abbatem Sancti Petri LX anguillos tritici et X libras cere per solitum pondus illius terre. Maiorino regis, Fernando Gutierriz. Maiordomus aule regie, Lop Lopiz. Armiger regis, Radmiro Froilaz. Pelagius abbas. ✠

Este documento está escrito de letra francesa. Es carta partida, en cuyo corte, de forma recta, se lee: *Pelagius abbas et Petrus Didaz.* 0,13 × 0,16 metros.

X.

Donación de «Villa Taranna» otorgada por Alfonso VII á Martín Díez.

12 Setiembre. A. 1142.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Equitati et iusticie conuenit ut ei benefaciat unusquisque qui sibi fideliter et legitime seruit. Huius rei gratia ego Adefonsus imperator Ispanie, una cum uxore mea ymperatrice Berengaria, illam uillam quam dicunt Taranna, existentem inter magnos montes circa Nelonem fluuium, uobis Martino Diez meo sub maiori domus propter seruicium quod michi fecistis et facitis grato animo et uoluntate spontanea, hereditariam dono ad faciendum ibi hospicium transeuntibus. Dono inquam uobis ipsam uillam cum illis montibus qui sunt ab ipso loco per suos terminos et loca antiqua, ex una parte per illo Franco, et ex alia parte per illum Posatorium, infra istos terminos quantum potueritis inuenire ab integro concedo, ut totum rumpatis, laboretis, quocumque modo potueritis uos et filii uestri et quibus uolueritis ipsam hereditatem tradere. Tali uero modo talique tenore dono uobis Martino Didaci meo submaiori dómus prenominatam uillam cum determinatis montibus, quatinus uos et filii uestri et omnis generacio uestra eam in perpetuum libere et quiete iure hereditario possideatis et sine omni contradicto faciatis de illa quod uolueritis. Si quis autem in posterum de meo uel alieno genere huius mee donacionis paginam, sciens eam infregerit uel infringere temptauerit, sit a Deo omnipotente maledictus et in inferno cum Iuda proditore sine fine damnatus, nisi digne emendauerit, et pro temerario ausu pectet regie parti mille morabetinos et restituat duplatum quod inuaserit.

Facta Karta apud urbem Toletanam XIIII° Kalendas Octubris. Era M^aC^aLXXX^a. Ego Adefonsus ymperator hanc kartam quam iussi fieri ymperante me una cum filiis meis Sanctio, Fredinando et Garsia, Toleto, Legione, Saragocia, Naiara, Castella, Gallecia confirmo et manu mea roboro.—SIGNUM IMPERATORIS.—Ego Santius et ego Fredinandus et Garsias filii ymperatoris, conf.—Raymundus toletanus archiepiscopus, conf.—Petrus secobiensi episcopus, conf.—Petrus palentinus episcopus, conf.—Iohannes legionensis episcopus, conf.—Martinus ovetensis episcopus, conf.—Comes Fredinandus de Gallecia, conf.—Comes Poncius maiordomus imperatoris, conf.—Comes Rodericus Gomez, conf.—Comes Almarricus, conf.—Comes Ramirus Froylez, conf.—Comes Urgelli Ermengaudus, conf.—Gutier Fernandiz, conf.—Didacus Muniz de Carrione, conf.—Petrus Alfonsi de Asturiis, conf.—Vermudus Pedrez, conf.—Michael Felix maiorinus Burgis, conf.—Gonzaluus Vermudez maiorinus in Asturiis, conf.—Annaia Rodriguiz maiorinus in Legione, conf.—Giraldus scribsit scriptor per manum magistri Hugonis cancellarii. ✠

Letra francesa. 0,45 × 0,31.

XI

Donación de heredades en Rebollar y en Barrio otorgada por Alfonso VII al monasterio de Eslonza.

A. 1142.

XPS. Sit presentibus et futuris manifestum quia ego Adefonsus Hispanie imperator una cum uxore mea Berengaria grato animo et voluntate spontanea pro mea parentumque meorum salute et peccatorum nostrorum remisione, dono iure hereditario ecclesie sancti Petri de ualle Helisoncie et eiusdem loci abbati domno Petro ceterisque fratri-

bus Deo ibidem regulariter seruientibus, omnem hereditatem regiam quam in ipsa ualle Helisoncie habeo, uidelicet in illa uilla quam dicunt Ribolar, et in Barrio, et in ualle de Ferraria, terras uidelicet et uineas, solares, ortos, montes et ualles, exitus et regressus, prata, pascua, aquas et omnia alia quecumque in tribus uillis prenominatis uel in tota ualle Helisoncie iure regio mihi pertinent ubicumque sint et poterint reperiri. Tali quidem modo et tali tenore dono prenominatam heraditatem ecclesiæ santi Petri de ualle Helisoncie et domno Petro abbati eiusdem loci et fratribus Deo ibidem seruientibus quatenus ipsi et eorum sucessores eam in perpetuum libere et quiete sine omni contradictione possideant et de ipsa quicquid uoluerint faciant. Si quis autem de meo uel alieno genere hanc meam donationem infregerit, a Deo maledictus in inferno cum Iuda proditore sine fine dampnetur nisi resipuerit. Insuper pro temerario ausu pectet regie potestati mille marchas argenti et duplatum rredat quicquid violenter in illa hereditate acceperit. Et in roboracione huius kartule accepi de uobis duos equos colore rodanos adpreciatos C morabitinos. Facta carta Vege de domna Limpa. Era M^{a}C^{a}LXXX^{a}. Adefonsus imperatore imperante in Toleto, Legione, Sarragocia, Naiara, Castella, Galicia.

Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam iussi fieri anno VIII mei imperii confirmo et manu mea roboro. ✠ Signum Imperatoris. Petrus palentinus episcopus conf. Iohanes legionensis episcopus conf. Comes Rodericus Gomez conf. Comes Ramirius Froilez conf. Sancia infantissa soror imperatoris conf. Didacus Munioz maiordomus imperatoris conf. Rodericus Ferrandez conf. Rodericus Uermudiz conf. Poncius de Minerua alferiz conf. Lop Lopiz de Carrione conf. Geraldus scripsit iussu magistri Hugonis cancellarii imperatoris ✠ Cidi testis. Vellidi testis. Dominicus testis.

Letra francesa, 0,45×0,30.

XII.

Donación de la villa de Moral otorgada por Alfonso VII á Diego Fernández.

4 Diciembre. A. 1144.

XPS. In nomine Domini. Sit presentibus et futuris hominibus manifestum quia ego Adefonsus imperator Hispaniæ una cum uxore mea Berengaria grato animo voluntate spontanea, tibi Didaco Fernandez, quandam uillam modo heremam nomine Morale, propter seruicium quod mi fecisti et facis, iure hereditario dono illam inquam uillam nomine Morale tibi dono que iacet in illo alfozo de Uillalili inter sanctum Felicem et Sanctum Martinum, que uilla est herema, et dono tibi ipsam uillam cum omnibus eius pertinentiis uidelicet cum eius terminis et terris et uineis, solaribus, ortis, montibus et uallibus, planiciebus, ingressibus et egressibus, aquis, pratis, pascuis et cum aliis causis que ad eandem uillam pertinere noscuntur ubicumque poterint inueniri, eo uero modo dono tibi Didaco Fernandez prenominatam uillam quatenus tu et filii tui et omnis generatio tua eam cum omnibus suis pertinentiis libere et quiete in perpetuum hereditariam habeatis teneatis possideatis et quod uobis placuerit de illa faciatis vendatis detis cambiatis cuicumque volueritis. Si quis autem de meo vel alieno genere hoc meum factum in posterum ruperit, a Deo maledicatur et in inferno cum Juda proditore et Datam et Abiron semper danpnetur nisi resipuerit, et pro temerario ausu pectet sex millia solidorum regiæ potestati, et hereditatem duplatam restituat.

Facta carta Secobiœ pridie nonas Decembris Era M^{a}. C^{a}. LXXXII^{a} in reditu fossati quod fecerat eo tempore imperator in terra Granate. Eodem imperatore tunc temporis imperanti in Toleto, Legione, Sa-

ragocia, Naiara, Castella, Galecia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam iussi fieri confirmo et manu mea roboro. ✠ Signum imperatoris.—Petrus Sancti Iacobi archiepiscopus conf.—Petrus secouiensis episcopus conf.—Ioannes legionensis episcopus conf.—Petrus palentinus episcopus conf.—Comes Rodericus Gomez conf.—Comes Fernandez conf.—Comes Ramirus Frolez conf.—Guterrus Fernandez potestas conf.—Didacus Muniz maiordomus imperatoris conf.—Poncius de Minerue Alferiz conf.—Petrus Adefonsi de Asturiis conf.—Geraldus scripsit per manum magistri Hugonis cancellarii imperatoris. ✠

Letra francesa 0,39 × 0,31.

XIII

Donación de la iglesia de Santa María de Velerda otorgada por Alfonso VII á Martín Díez.

19 Agosto. A. 1146.

XPS. In nomine Patris et Fillii et Spiritus Sancti. Equitati et iusticiæ conuenit ut ei benefaciat unus quisque qui sibi fideliter et legitime seruit. Huius rei gratia ego Adefonsus imperator Hispanie una cum uxore mea imperatrice Berengaria, illam ecclesiam quam dicunt sanctam Maria de Uelerda existente in terra de Casa circa Nelonem fluuium, uobis Martino Diez meo submaiori domus propter seruicium quod michi fecistis et facitis, grato animo et uoluntate spontanea hereditariam dono. Dono inquam uobis ipsam eclesiam cum illis montibus qui sunt ab eo loco ubi cadit Uelerda riuulus, influuium Nelonem, usque ad illum collado de Castello, tam domitum quam indomitum ex integro, et insuper illam hereditatem Pallidie tam domitum quam indomitum ubicumque potueritis inuenire, ut eos montes supra dictos rumpatis et la-

boretis quocumque modo uos poteritis, et qui post uos uenerit, tali uero modo et tenore dono uobis Martino Didaci meo submaiori domus prenominatam eclesiam cum determinatis montibus et cum hereditate Pallidie supradicte, quatenus uos et filii uestri et omnis generatio uestra eam imperpetuum libere et quiete iure hereditario possideatis et sine omni contradicto faciatis de illa quod uolueritis. Siquis autem inposterum de meo uel alieno genere huius mee donationis paginam sciens eam infregerit uel infringere temptauerit, sit a Deo omnipotente maledictus et in inferno cum Iuda proditore sine fine dampnatus nisi digne emendauerit, et pro temerario ausu pectet regio mille morabetinos et restituat duplatum quod inuaserit. Facta carta Toleto X°IIII° kalendas Septembris Era M.ª C.ª LXXX.ª IIII.ª post reditum fossati quo prenominatus imperator principem Maurorum Abinganiam sibi uassallum fecit et quandam partem Cordube depredauit cum mezquita maiori, eodem imperatore tunc imperante in Toleto, Legione, Saragocia, Naiara, Castella, Galecia. Ego Adefonsus imperator hanc cartam quam iusi fieri confirmo et manu mea roboro ✠ Signum imperatoris. Ego Sancius et ego Fernandus et Garsias filii imperatoris conf. Raimundus toletanus archiepiscopus conf. Petrus secobienis episcopus conf. Petrus palentinus episcopus conf. Iohannes legionensis episcopus conf. Martinus ouetensis episcopus conf. Comes Fredenandus de Gallecia conf. Comes Poncius maiordomus imperatoris conf. Comes Rodericus Gomes conf. Comes Amalricus conf. Comes Ramirius Frolez conf. Comes Urgelli Ermengaudus conf. Guter Hernandez conf. Diego Munionis de Carrione conf. Petrus Alfonsi de Asturiis conf. Uermudus Petri conf. Michael Felicis maiorinus Burgis conf. Gundisaluus Uermudi maiorinus in Asturiis conf. Anaya Roderici maiorinus in Legione conf. Geraldus scripsit scriptor imperatoris per manum magistri Hugonis cancellarie ✠.

Letra francesa, 0,55×0,34.

Hay otro ejemplar del mismo documento de letra coetánea, con algunas variantes.

XIV.

Donación de heredades en Villa Fafila otorgada por Alfonso VII al monasterio de Eslonza.

25 Enero. A. 1155.

XPS. Principium scripti fiat sub nomine Christi. Sub nomine sancte et indiuidue Trinitatis Patris uidelicet et Filii ac Spiritus Sancti amen. Ego Adefonso imperatore una cum coniuge mea imperatrice dompna Richa facio kartam donacionis seu comfirmacionis Deo omnipotenti et beato Petro de Eslonza nec non et abbati dompno Petro ceteroque conuentui fratrum sub regula Sancti Benedicti ibidem Deo seruiencium tam presencium quam futurorum, de hereditate de Uilla Fafila que est mea propria ereditas, et illa prenominata monesterio Sancte Marie tota ab integra et medietati Sancti Iacobi, et hoc facio ob remedium anime mee et matris mee et parentum meorum tam uiuorum quam defunctorum. Habet enim iacenciam supra nominata uilla inter Oter de Frates et Furtunola et Terrones. A modo uobis illam sicuti superius dixi dono et concedo ab integro cum omnibus directuris suis seu apendiciis, casis, terris cultis et incultis et solaribus et uineis et pratis et fontibus, et pascuis, et egressibus et regressibus, per ubiqumque illam potueritis inuenire ista et alia que Deus dederit uobis donata uel conparata, et pro ista hereditate non faciatis nullum forum nisi ubi uolueritis, habeatis, possideatis, donetis, et omnem uoluntatem uestram de ea faciatis per infinita seculorum secula amen. Si quis uero quod fieri non credo contra hoc factum meum spontaneum ad disrrumpendum uenerit sit maledictus et excomunicatus, et cum Datan et Abiron quos uiuos terra obsorbuit infernales penas luat, et in super huic qui uocem huius kartule pulsauerit centum libras

auri purissimi exsolüat, et quod in calumpnia miserit in duplo componat, et hoc meum scriptum semper maneat firmum.

Facta Karta donacionis seu confirmacionis in Era M.ª CLXXXXIII et quotum VIII Kalendarum Februarii. Iacinto Sancte romane æcclesiæ kardinali et legato tenente generale concilium apud Ualle Oleti. Adefonso imperatore imperante cum coniuge sua imperatrice dompna Richa, Legione, Toleto, Castella, Gallecia, Naiara, Saragoza, Baencia, et Almaria. Maiordompnus Imperatoris Comes dompnus Poncius. Alferiz eiusdem imperatoris Nuno Petriz. Episcopo existente in Oueto dompno Martino et in Legione dompno Iohanne et in Astorice Petrus episcopus. Maiordomus imperatoris in terra Legionis, Petrus Balzan. Tenente turres Legionis, Poncio de Minerua.

Ego Adefonso imperatore quod fieri iussi propria manu confirmo. Signum Imperatoris. ✠ Ego Rege Sancio confirmo. Imperatrice Richa conf. Rege Fredinando conf. Comes Poncius conf. Comes Ramirus conf. Comes Osorius conf. Comes Petrus Alfonsi conf. ✠ Iohannes notuit.

Letra francesa, 0,45×0,33.

Hay otro ejemplar del mismo documento con ligeras variantes. Letra de la época, 0,46×0,24.

XV

Donación de la mitad de Villarejo otorgada por la infanta Sancha al monasterio de Eslonza.

25 Enero. A. 1155.

XPS. Principium scripti fiat sub nomine Christi. Sub nomine sancte et indiuidue Trinitatis Patris uidelicet et Filii ac Spiritus Sancti. Amen. Ego Sancia regina comitis Raimundi et Vrrache regine regia proles, facio kartam donacionis seu confirmacionis Deo omnipo-

tenti et beato Petro de Eslonza nec non et abbati dopno Petro ceteroque conuentui fratrum sub regula Sancti Benedicti ibidem Deo seruientium, tam presencium quam futurorum, de medietate de Uilarelio que est mea propria hereditas et illam aliam medietatem habet iam Sanctus Petrus et hoc facio ob remedium anime mææ et matris mææ et parentum meorum tam uiuorum quam defunctorum. Habet enim iacenciam supranominata uilla inter Negrelos et Algadefe et Sanctum Saluatorem. A modo uobis illam sicuti superius dixi dono et concedo ab integro cum omnibus directuris suis seu appendiciis, terris cultis et incultis et solaribus et uineis, et pratis et fontibus et pascuis et egressibus et regressibus, per ubicumque illam potueritis inuenire, habeatis, possideatis, donetis et omnem uoluntatem uestram de ea faciatis per infinita seculorum secula amen. Si quis uero quod fieri non credo contra hoc meum spontaneum factum ad disrrumpendum uenerit sit maledictus et excomunicatus et cum Datam et Abiron quos uiuos terra obsorbuit infernales penas luat, et insuper huic qui uocem huius kartule pulsauerit C. libras auri purissimi exoluat, et quod in calumpnia miserit in duplo conponat, et hoc meum scriptum semper maneat firmum.

Facta karta donacionis seu confirmacionis in Era M.C.LXXXXIII et quotum VIII° Kalendarum Februarii. Iacinto Sancte Romane æcclesiæ kardinali et legato tenente generale concilium apud Ualle Oleti. Adefonso imperatore imperante cum coniuge sua imperatrice dompna Richa Legione, Toleto, Castella, Gallecia, Naiara, Saragoza, Baencia et Almaria. Maiordomus imperatoris comes dompnus Poncius. Alferiz eiusdem imperatoris Nuno Petriz. Episcopo existente in Oueto dompno Martino et in Legione dompno Iohane. Maiorinus imperatoris in terra Legionis Petrus Balzan. Maiordomus supradicte regine, Nicola Pelaiz, et maiorinus eiusdem regine in Legione, Raspaldo. Tenente turres Legionis Poncio de Minerua.

Ego Sancia regina quod fieri iussi propria manu confirmo. ✠ — Nicola Pelai conf.—Petrus Karro conf.—Munio Uelasquiz conf.—Martin Diaz conf.—Petrus Diaz conf.—Nazareno conf.—Adefonsus

Ispaniarum imperator confirmat ✠ SIGNUM IMPERATORIS. — Comes Poncius conf.—Comes Ramirus conf.—Comes Osorius conf.—Comes Petrus Alfonsi conf.—Rex Sancius conf. ✠. – Rex Fernandus conf. —Poncius de Minerva conf.—Abril conf.—Fernan Brolio conf.— Gudesteus æcclesiæ beati Iacobi canonicus et regine notarius notuit et confirmat ✠ Gudesteus.

Letra francesa.—0,55 × 0,26.

XVI.

Donación de un huerto en Mayorga otorgada por Fernando II al monasterio de Eslonza.

A. 1168.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Inter cetera que regiam magestatem decorare uidentur summa et precipua uirtus est sancta et loca et religiosas personas diligere et uenerari et eas largis ditare numeribus atque in prediis et possesionibus ampliare ut dando terrena adipisci mereatur eterna. Ea propter, ego dominus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex, do Deo et monasterio sancti Petri de Elisontia unum ortum quem habeo in Maiurga loco certo sub ipsa uilla inter uiam que uenit de Maiurga et uadit ad Piscaria et aliam uiam que uenit similiter de Maiurga et uadit ad Sanctum Romanum et aliam uiam que uenit de Furones et uadit ad molendinos de Uado. Absoluo insuper Deo et predicto monasterio illam domum suam que est in prefata uilla Maiurga iusta ecclesiam Sancte Marie de Auterio et libero eam de ofertione et de apelido, et de peito, et de fossado et de tota facendeira et de omni fisco et regio foro. Ab hac ergo die et deinceps ipsam domum semper liberam et absolutam esse

mando et predictum ortum cum omnibus directis et pertinentiis suis sepe nominato monasterio jure hereditario in perpetuum habendum per manum prioris domini Martini dono et concedo et presentis scripti pagina confirmo pro remedio anime mee et parentum meorum. Cauto insuper eamdem domum ut nullus homo nec maiorinus nec alius homo audeat in ipsam domum per uiolentiam intrare uel aliquid inde pignorare uel abstraere quod si fecerit peitet mille morabitinos. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc meum uoluntarium factum irrumpere attemtauerit iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et cum Iuda Domini proditore in inferno penas luat eternas. Facta carta apud Legionem. Era M. CC. VI. Regnante eodem rege domino Fernando Legione, Extremadura, Gallecia et Asturiis.

Signum Fernandi Regis Hyspaniarum.—Petrus Dei gratia compostellanus archiepiscopus confirmat.—Iohannes Legionensis episcopus conf.—Petrus salamantinus episcopus conf.—Gundisaluus ouetensis episcopus conf.—Petrus auriensis episcopus conf.—Iohannes lucensis episcopus conf.—Fernandus astoricensis episcopus conf.—Stefanus zamorensis episcopus conf.—Dominicus calabrensis episcopus conf.—Comes urgelensis regie aule maiordomus conf.—Comes Ramirus in Beriz conf.—Comes Petrus in Asturiis conf.—Comes Rodericus in Sarria conf.—Garcia Ramirez signifer regis conf.—Fernandus Rodericus legionenses turres tenens conf.

Ego Petrus de Ponte domini regis notarius magistro scolarum cancellario feci scribi et confirmaui.

Letra francesa. 0,53 × 0,33.

XVII.

Donación de una heredad en Piloña otorgada por Fernando II al monasterio de San Juan de Verbio.

A. 1175.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Inter cetera que regiam magestatem decorare uidetur summa et precipua uirtus est sancta loca et religiosas personas diligere et uenerari et eas largis ditare muneribus atque in prediis et possessionibus ampliare ut dando terrena adipisci mereatur eterna. Ego propterea dominus Fernandus Dei gratia Hispaniarum rex do Deo et monasterio Sancti Iohannis de Uerbio et tibi abbati domno Martino et omnibus monachis tam ad profectum uestre ecclesie quam etiam ad sustemptationem eiusdem domus pro remedio anime mee et parentum meorum, do et concedo hereditatem quandam uidelicet in Asturias in loco predicto scilicet in Estel in territorio Pilogna. Nouimus ab antiquis hominibus quod iam supradictam hereditas fuerat eiusdem monasterii nunc autem ut diximus pro remedio anime mee et parentum meorum damus et concedimus et etiam resipiscimus eam monasterio sancti Iohannis et hoc cum omnibus suis pertinentiis habituram et etiam eam possessuram deinceps in perpetuum. Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hoc meum factum uoluntarium inrumpere tæmptauerit iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, careat a fronte luminibus, non aspiret sermo in die supremo et cum Iuda Domini traditore luat penas in inferno. Et in cauto pectet quingentos solidos et alios tantos morabitinos, et hunc factum nostrum firmum habeat roborem. Facta Kartam apud Legionem. Era M^{a}CC^{a}XIII^{a} Regnante eodem rege domno Fernando. Legione, Extremadura, Gellecia et Asturiis. Ego rex Fer-

nandus in hac cartula quam fieri iussi et relegendo audiui manus roboraui et signum feci.

Signvm Fernandi Regis Hyspaniarvm. Petrus Dei gratia compostellanus archiepiscopus confirmat. Iohannes legionensis episcopus conf. Iohannes lucensis episcopus conf. Rodericus ouetensis episcopus conf. Bernaldus astoricensis conf. Suarius Menendiz conf. Gundisalus Gebellin. conf. Comes urguelensis, regie aule maiordomus conf. Comes Poncius conf. Comes Rodericus de Sarria conf. Fernandus Roderici conf. Nunus Menendiz conf. Aluarus Didaci tenentem Pilogna conf. Alfonsus Pelagii conf.

Ego Pelagius de Loro domni regis notarius feci scribi et confirmari.

Letra francesa.—Privilegio rodado.—Pergamino, 0,40×0,27.

XVIII

Sentencia de Fernando II en el pleito que seguían el convento de Eslonza, Fernando Pérez, Pedro Mantega y los vecinos de Villa Sabariego sobre la iglesia de esta villa.

A. 1178.

Orta fuit intencio inter domnum Martinum Sancti Petri Elisoncie abbatem et inter duos milites scilicet Fredinandum Petri et inter Petrum Mantegam et inter homines de uilla Sauarigo super ecclesiam eiusdem uille. Milites namque predicti et eiusdem uille homines dicebant suam debere esse ecclesiam et ad se quippe pertinere uel clericum ab eadem ecclesia expellere uel in ea recipere. Ad contra Martinus abbas dicebat ipsam ecclesiam debere ad Sanctum Petrum pertinere et iure eam possidebat sicut et antecessores eius permulta annorum curricula pos-

sederant tam ad expellendum de ea clericum qnam ad recipiendum et hoc nullo inquietante uel contradicente. Tandem assenciente utrorum que parte uenerunt inde ad iudicium coram rege Fredinando et coram iudicibus eiusdem regis. Tunc rex una cum his qui tunc in eius curia erant iudices electi, scilicet cum Roderico Fredinandi, Pelagio Tabuladielo, et Fernando Roderici iudicauerunt ut exquirerent secundum exquisiciones imperatoris et secundum quod reperiretur in kartula exquisicionum quam imperator iusserat facere, firmiter ita se res aberet, ita ut amplius inter abbatem et milites super ecclesiam predictam nulla oriretur intencio. Repererunt quippe tunc in kartula exquisicionum predictam ecclesiam ad partem Sancti Petri Elisoncie pertinere. Tunc rex Fredinandus iussit abbati ut super hoc qualiter orta fuerat intencio scriberetur ita plane ut deinceps nec abbas cum militibus uel cum hominibus predicte uille, nec milites cum abbate ad controuersiam uenirent. Insuper predictus rex tale proposuit cautum ut quicumque uoluisset ausu temerario monasterium Sancti Petri inquietare super hoc persolueret ad partem regis CCC.os aureos, duplato uel triplato eiusdem ecclesie damno. Facta kartula orte intencionis iussu serenissimi Fredinandi regis sub Era Ma CCa XVIa.

Qui presentes fuerunt: Comes Adefonsus.—Garsia Rademiri.—Froyla Rademiri.—Martinus Sancti Ysidori abbas.—Rodericus Fredinandi.—Fernandus Roderici.—Martinus Balzan.—Pelagius Tauladiello.—Petrus Captiuus.—Fernandus Aprilis.—Sonna Baccon.—Nunnus Pelagii.—Martinus notuit.

Letra francesa, 0,42×0,23.

XIX

Confirmación por Alfonso IX de la donación de la iglesia de San Salvador de Caso otorgada por Fernando II al monasterio de Eslonza.

24 Mayo. A. 1189.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Catholicorum regum esse dignoscitur sancta loca diligere ac uenerari et illa que eis a suis antecessoribus misericorditer et diuino intuitu sunt concessa robore perpetuo confirmare. Ea propter ego Adefonsus Dei gracia Rex Legionis et Gallecie et Asturiarum per istud scriptum semper ualiturum notum facio uniuersis de Asturiis et Caso et aliis per totum regnum meum constitutis presentibus et futuris quod concedo et confirmo Deo et monasterio sancti Petri de Eldonza et vobis Domino Martino eiusdem loci abbati et capitulo et successoribus uestris in perpetuum, illam eclesiam sancti Saluatoris de Caso quam eidem monasterio predicto pater meus Rex domnus Ferrandus dedit et iure hereditario preconcessit cum omnibus suis pertinenciis et directuris ubicumque potuerint inueniri et defendo omnibus modis quod nullus sit ausus intrare in ipsam predictam ecclesiam uel eius iura per uiolenciam ut ibidem malum aliquid faciat uel contrarium monasterio supradicto. Hoc autem facio ob remedium anime mee et patris mei et auorum et parentum meorum et quod partem habere desidero in orationibus et obsequiis que in sepe memorato monasterio Domino exhibentur. Siquis igitur tam de meo genere quam de alio istam meam confirmationem uoluerit reuocare et contra istud factum meum spontaneum temptauerit uenire iram Dei omnipotentis et maledictionem incurrat et regiam indignationem habeat et quantum inuaserit in triplum restituat et pro ausu temerario regie parti M.^{le} morabetinos in penam persol-

uat. Facta karta apud Uillarpandum IX°. kalendas Iunii. Era M^aCCXXVII^a. Ego Rex domnus Adefonsus hanc cartam roboro et confirmo. Petrus compostellanus archiepiscopus conf.—Manricus legionensis episcopus conf.—Fernandus astoricensis episcopus conf.—Willelmus cemorensis episcopus conf.—Menendus ouetensis electus conf.—Comes Gumiz tenens Transtamarem conf.—Comes Fernandus regius maiordomus conf.—Froila Ramiriz tenens Asturias conf.—Velascus Fernandi tenens Beriz conf.—Iohanes Fernandi regis signifer conf.—Rudericus Petri tenens Maioricam conf.—Goterus Fernandi tenens Mansellam conf.—Rudericus Fernandi Regis cancellarius conf.—Froila regis notarius scripsit et conf.

Letra francesa, 0,44 × 0,31.

Va autorizado este privilegio con el signo real que figura un león. Conserva señales de haber tenido sello pendiente.

XX

Confirmación por Alfonso X de la donación del realengo de Anciles otorgada por Alfonso IX al monasterio de Eslonza.

11 Abril. A. 1255.

XPS. Connosçuda cosa sea a todos los omnes que esta carta uieren cuemo yo don Alfonso por la gracia de Dios rey de Castiella de Toledo de Leon de Gallizia de Seuilla de Cordoua de Murcia et de Jahen vi priuilegio del rey don Alffonso mio auelo ffecho en esta guisa: Quonian que ecclesis Dei siue a regibus siue a quibuscumque aliis pie ac uotiue collata dignoscuntur in earum iure persistere debere regali legum eternitate firmatur, idcirco ego Adeffonsus Dei gracia rex Legionis et Gallecie et Stremature tibi Ffernando abbati et conuentui monasterii sancti Petri de Eldoncia et omnibus successoribus

uestris ffacio cartam in perpetuum ualituram uidelicet do uobis et concedo quantum habeo uel habere debeo de meo regalengo ad integro in villa que uocatur Anziles que est sita in alffoz de populatione mea que dicitur Camelo per omnes suos terminos antiquos sicut predicta villa de Anziles eos habuit uel abere debet a tempore imperatoris aui mei cum suis exitibus et regressibus, montibus, ffontibus, aquis, paludibus, piscariis, molendinariis, pratis et pascuis et cum omnibus suis directuris, per ubicumque potuerunt inueniri, hanc autem predictam villam de Anziles cum omnibus directuris et pertinenciis suis vobis do et hereditario iure in perpetuum concedo in concambium pro illa uestra villa que dicitur Barrio quam abstuleram uobis et dedi populatoribus de Camelo quam de nouo populaui, et hoc concambium ffactum est tam de beneplacito uestro quam populatorum ipsius uille ita tamen quod si casu aliquo uel de uoluntate mea uel alicuius successorum meorum illa populatio de Camelo destructa ffuerit, si monasterium sancti Petri voluerit recuperare et habere villam de Barrio que fuit sua, recuperet et habeat illam in nomine Domini sine ulla contradictione et laxet uillam que dicitur Anziles mihi uel successoribus meis in pace. Hoc autem ffacio ob remedium anime mee et parentum meorum et quia uolo regnum meum sic temporaliter dilatare ne monasteriis uel eclesiis Dei in cuius manu et potestate sunt omnia iura regnorum, iniuriam ffaciam uel grauamem. Siquis igitur tam de meo genere quam de extraneo contra hoc ffactum meum uenire aut illud inffringere attemptauerit iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et cum Datan et Abiron quos uiuos terra absoruit penas luat perpetuas in infferno et in super predicto monasterio mille morabetinos exsoluat, carta nichilominus robur perpetuum obtinente. Facta karta apud Villam Fafilam VIII.º Kalendas Octobris. Era Mª CCL octaua. Regnante eodem rege donno Adefonso in Legione et Gallecia et Asturiis et Strematura. Et yo sobredicho rey don Affonso regnant en uno con la reyna donna Yolant mi mugier et con mis ffijas la inffante donna Berenguella et la inffante donna Beatriz en Castiella en Toledo en Leon en Gallizia en Seuilla en Cordoua en Murcia en Jahen en Baeça en Badalloz et en

el Algarue otorgo este priuilegio et confffirmolo et mando que uala assi cuemo ualió en tiempo del rey don Affonso mio auuelo et en tiempo del rey don Ferrando mio padre. Fecha la carta en Sant Fagund por mandado del rey, once dias andados del mes de Abril en Era de mill et dozientos et nonaenta et tres annos. En el anno que don Odoart ffijo primero et heredero del rey Henrich de Anglaterra recibió caualleria en Burgos del Rey don Affonso el sobredicho. Don Alffonso de Molina la conf. – Don Frederich la conf.—Don Henrich la conf. – Don Manuel la conf.—Don Ferrando la conf.—Don Felipp electo de Seuilla la conf.—Don Sancho electo de Toledo et chanceller del rey la conf.—Don Iohan arçobispo de Santiago la conf.—Don Aboabdille Abennazar rey de Granada uassallo del rey la conf.—Don Mahomath Abenmahomath Abenhuth rey de Murcia uassallo del rey la conf.—Don Abenmafhoth rey de Niebla uassallo del rey la conf.—Don Gaston bizconde de Beart uassallo del rey la conf.—Don Gui bizconde de Limoges uassallo del rey la conf.—Don Apparitio obispo de Burgos conf.—Don Pedro obispo de Palencia conf.—Don Remondo obispo de Segouia conf.—Don Pedro obispo de Siguença la conf.—Don Gil obispo de Osma la conf.—Don Mathe obispo de Cuenca la conf.—Don Benito obispo de Auila la conf.—Don Aznar obispo de Calahorra la conf.—Don Lop electo de Cordoua la conf.—Don Adam obispo de Placençia la conf.—Don Pascual obispo de Iahen la conf.—Don frey Pedro obispo de Carthagena. Don Pedriuannes maestre de la orden de Calatrava la conf.—Don Nunnó Gonzalez la conf.—Don Alffonso Lopez la conf.—Don Rodrigo Gonzalez la conf.—Don Symon Royz la conf. – Don Affonso Tellez la conf.—Don Ferrand Royz de Castro conf.—Don Pedro Nunniz la conf.—Don Nunno Guillen la conf.—Don Pedro Guzman la conf.—Don Rodrigo Gonzalez el merino la conf.—Don Rodrigo Aluarez la conf.—Don Ferrand Garcia la conf.—Don Alffonso Garcia la conf.—Don Diago Gomez la conf.—Don Gomez Roiz la conf. —Diago Lopez de Salcedo merino mayor de Castilla la conf.—Garci Suarez merino mayor del reino de Murcia la conf. – Maestre Ferrando notario del rey en Castiella la conf.—Don Martin obispo de Leon la

conf.—Don Pedro obispo de Ouiedo la conf.—Don Suero Perez electo de Çamora la conf.—Don Pedro obispo de Salamanca la conf.—Don Pedro obispo de Astorga la conf.—Don Leonard obispo de Cibdad la conf.—Don Migael obispo de Lugo la conf.—Don Iohan obispo de Orens la conf.—Don Gil obispo de Tuy la conf.—Don Iohan obispo de Mendonedo la conf.—Don Pedro obispo de Coria la conf.—Don frey Robert obispo de Silue conf.—Don Pelay Perez maestre de la orden de Sanctiago la conf.—Gonçaluo Morant merino mayor de Leon la conf. —Roy Suarez merino mayor de Gallicia la conf.—Don Suero Perez electo de Çamora et notario del rey en Leon la conf.—Don Rodrigo Alffonso la conf.—Don Martin Alffonso la conf.—Don Rodrigo Gomez la conf.—Don Rodrigo Ffrolaz la conf.—Don Iohan Perez la conf.—Don Ferrand Yuannes la conf.—Don Martin Gil la conf.—Don Andreo pertiguero de Sanctiago la conf.—Don Gonçalo Ramirez la conf.—Don Rodrigo Rodriguez la conf.—Don Aluar Diaz la conf.—Don Pelai Perez la conf.—Roy Lopez de Mendoça almirage de la mar la conf. —Sancho Martinez de Xodar adelantado de la frontera la conf.—Garci Perez de Toledo notario del Rey en el Andalucia la conf.

Millan Perez de Aellon la escriuió el anno tercero que el rey don Alffonso regnó.

Letra de privilegios, 0,50×0,56.

Es privilegio rodado; en el signo aparecen estas leyendas: *Signo del rey don Alfonso. El Alferezia mayor del Rey vaga. Don Juan Garcia maiordomo de la corte del Rey la conf.*

Conserva los hilos de seda rojos, verdes y amarillos de que debió pender el sello.

XXI

Sentencia dada por el infante D. Fernando en el pleito que sostenia el monasterio de Eslonza con los vecinos de Algadefe.

28 Mayo. A. 1271.

Era de mill e CCC e quarenta e hun anno quatro dias de Mayo. Sepan quantos esta carta viren commo yo Pero Alffonso notario publico del Rey en Leon ui una carta que me mostró Johan Johanes monge de ssan Pedro Daldonça escripta en papel e sellada con vn seyello de çera en que se contenia que era del inffante don Ffernando segund en ella aparesçia, fecha en esta manera. De mi inffante don Ffernando primero fiyo e heredero del muy nobre don Alffonso por la gracia de Dios Rey de Castilla de Tolledo de Leon de Galiçia de Seuilla de Cordoua de Murçia de Jahen e del Algarbe a uos Gil Peres juys de Ualençia salut et gracia. Sobre contienda que era entre el abat e el conuento de San Pedro de Aldonça de la una parte et los omes de Algadeffe de la otra en rrason que el abbat e el conuento desian que seyendo ellos en juro e en possesion de rrecebir cada anno de los omes de Algadeffe de cada uno dos obras a baruechar e dos a sembrar e dos a ssegar e una amaiar el pan del monesterio e una apodar elas vinnas e todos en vno trillar vna trilla de pan qual gelo el so prior de Algadeffe ffesiesse e sennos dineros de cada cossa para los arcos de las cubas e por en furçion sennos carneros e cada vnno veynte panes e dos cantaras de buen vinno e sennos pares de lonbos et todos dar vna gentar al abbat de ssan Pedro de dos en dos annos de todo lo que ouiere mester para so despessa todo aquel dia et cogeren las bestias del abbat quando ffuesse en Algadeffe en sos cassas e el que morasse en Algadeffe que heredat touiesse del monesterio e la uendisse de guisa quel

non ffiçasse y mays de uender aquella, era dar della el terçio del preçio al monesterio et toda viuda que cassase en Algadeffe dar treynta sueldos al abbat por huessas. Et que estos sobredichos de dos anos acá que sseles alçaran con estos fueros sobredichos e non gelos querian ffaser Rodrigo Yanes monge con carta de personeria del abbat e del conuento e Domingo Guerrero con carta de personeria de los omes de Algadeffe venieron en juysio ante don Juanes Paneagua que era juys a la sason y en el lugar; et el personero del abbat e del conuento demandó estas cosas sobredichas e pedio que tornassen al abbat e al conuento en aquella posesion en que eran a la ssason quesellos alçaron con estos fueros sobredichos e les ffesiesse quelles entregassen los fueros que negligiran des aquel tienpo que selos asaren (sic); et esta demanda negó el personero de los omes de Algadeffe et el personero del abbat e del conuento prometio aprouallo e troxo sos prouas sobrello et el juys uistos los dichos de las prouas e oydas las rrazones de amas las partes judgó que el personero del abbat e del conuento prouara so entençion e condenno elos omes de Algadeffe ennas cosas sobredichas e ennas costas que fusen de derecho. Et deste juysio Domingo Guerrero personero de los omes de Algadeffe agrauiosse e alçosse a mi. Et juys dio gelo alçado segundo que se contenia en una carta que me enbio sellada de so seyello. Et puso plazo a las partes a que la ueniesen seguir et al plazo que lles puso Domingo Peres personero del abbat e del conuento e Domingo Guerrero personero de los omes de Algadeffe aparecieron ante mi. Et yo uista la allçada e oydas las rrazones de amas las partes ffallé que el personero de los omes de Algadeffe que sse alçó mal e el juys que judgó bien e conffirmé so juyzio et a plaser de las partes condené a los omes de Algadeffe en trezientos maravedis de la moneda del tienpo de la guerra por cuestas; et mandé que los diessen al abbat e a conuento sobredicho o a sso personero fasta quince dias despes de la fiesta de ssan Johan primera que uiene. Onde uos mando que vista esta mi carta que ffagades a los omes de Algadeffe que entreguen al abbat e al conuento sobredicho o al so personero los fueros quelles ouieren de ffazer des aquel tienpo que selles alçaron con ellos aca o la estimaçion

dellos. Et daqui adelantre que gelos fagan assi commo sobredicho es que gelos solian fazer et los trezientos maravedis se gelos non entregaren al plaso a que yo mande que gelos diessen tomar a tantos de los sos bienes porque gelos entreguedes e non ffagades en de al. La carta leyda datgela. Dada en Valladolit veynte e ocho dias de Mayo Era de mill e CCC e nueue annos. Martin Perez la ffizo por mandado de Alffonsso Martines alcallde del Rey. Et yo Pero Alffonso notario sobredicho por que ui tal carta fecha en tal tennor commo de ssusodicho es e apedemiento del dicho Johan Johanes escriui este tresllado por la dicha carta e pus en ell mio signno que es tal ✠ por testimonio de uerdat. Testigos que vieron ela dicha carta. El arçidiano don Pero Perez, Johan Fferrandez so sobrino. Martin Martinez e Johan de Villalon criados del arçidiano sobredicho. Alffonsso Rodriguez notario de Almazan.

Letra de albalaes, 0,22×0,43.

XXII

Confirmación por D. Fernando IV de los privilegios del monasterio de Eslonza.

27 Mayo. A. 1300.

Sepan quantos esta carta uiren commo yo Don Ffernando por la gracia de Dios Rey de Castiella de Leon de Toledo de Gallizia de Seuilla de Cordoua de Murçia de Iahen del Algarbe e ssennor de Molina, vi una mi carta escripta en pargamino de cuero e sellada con mio siello de çera colgado que era ffecha en esta manera. Sepan quantos esta carta viren

commo yo Don Ffernando por la gracia de Dios Rey de Castiella de Leon de Toledo de Gallizia de Seuilla de Cordoua de Murçia de Iahen del Algarbe e ssennor de Molina vi una carta del Rey don Sancho mi padre que Dios perdone que me enbiaron mostrar el abbate el conuento del monesterio de Sant Pedro de Aldonça en que desie de commo vira carta del Rey Don Alffonsso su padre en que se contenya que por rrason que vira priuilegio del rey don Alffonso de Leon su auuelo en que fallara que nunqua diera gentar en ningun tienpo, que gela quitaua e que mandaua que gela non demandassen. Et otrossi queles confirmaua e les otorgaua sus priuilegios e sus liberdades ssegund que las ouieran en tiempo de los otros Reis. Et agora enbiaronme pedir por merçet que yo queles confirmasse esta carta del Rey mio padre. Et yo por les faser bien e merçet con consseio e con otorgamiento de la Reina donna Maria mi madre e del infante don Enrique mio tio e mio tutor otorgo e confirmo les la carta sobredicha del Rey don Sancho mio padre que tienen en esta rasson sseellada con su siello de çera colgado, et mando que les uala e ssea guardada en todo segund que ffue guardada en tiempo del Rey Don Sancho mio padre, et deffiendo que ninguno non ssea osado de les pasar contra ella, ca qual quier que lo ffesiesse pechar meya la pena que en la carta del rey mio padre se contiene, et demas al cuerpo e a cuanto que ouiesse me tornaria por ello. Et desto les mandé dar esta carta seellada con mio siello de çera colgado. Dada en Valladolit veynte e siete dias de Mayo Era de mill e trezientos e treynta e ocho annos. Yo Per Alffonsso la ffiz escriuir por mandado del Rey e del inffante don Enrrique ssu tio e ssu tutor. Fernan Ianes. Garcia Perez. Garcia Fferrandes. Et yo el sobredicho Rey Don Ffernando por ffasser bien e merçet al abbat e al conuento del monesterio sobre dicho de Sant Pedro de Aldonça e por que so en tiempo e en hedad que lo puedo faser por mi. Et porque ellos sean siempre tenudos de rogar a Dios por el alma del Rey don Sancho mio padre e de los otros Reis onde yo uengo e por la mi vida e por la mi salut otorgo esta mi carta e confirmola e mando que uala e sea guardada en todo ssegund que lo ffue ffasta aqui, et deffiendo que ninguno non sea osado de les pasar contra

ella, ca qual quier que lo ffesiesse pechar meya en pena mill maravedis de la moneda nueua, e a el e a lo que ouiese me tornara por ello. Et desto les mandé dar esta carta seellada con mio siello de çera colgado. Dado en la uilla de Medina del Campo dies e ocho dias de Iunio Era de mill e trescientos e quarenta e tres annos. Yo Per Alfonso la escreuy por mandado del Rey.

Letra de albalaes, 0,26×0,32.
Conserva sello pendiente, de cera.

SECCIÓN SEGUNDA.

DOCUMENTOS PARTICULARES.

XXIII

Donación de la villa de Valdealiso otorgada por el conde Guisuado al monasterio de San Adrián.

24 Abril. A. 928.

XPS. Inmenso Deo ac Domino Saluatori nostro cui cedunt celestia et dominantur terrestia, in cuius nomine fundata est ecclesia sancti Adriani et Natalia, siue aliis sanctis, quorum reliquie in ipso loco recondite sunt. Ego comite Guisuadus et uxor mea Leuuina pauemus presenciam Dei bonis operibus ese nudatos, paruis pro magnis offerimus a sacro sancto altario uestro, pro substentationibus pauperum aduenienciun uel seruis Dei qui in eodem loco cotidie in oracionibus et uigiliis Christo militant, ac tibi Eldemirus abbas et omme collegium fratrum qui modo ibi sunt uel qui post uobis in eodem loco successerint, offerimus ad ipsum locum uilla nostra propia quem habemus de auibus et parentibus nostris in territorio Legionense locum predictum que uocitant Valle de Aliso prope Cento Fontes, et est ipsa uilla determinata per suis terminis antiquis, de prima parte terminum per auteiro maiore et inde per Ualle Calido et per illa fonte et inde uenit per illa carraria, et inde uadit ad illo oteiro de Nido, et inde uadit per illa lomba, et de illa lomba ad illa fonte de illo ualle qui uenit de Castro Millanos, et de ualle ad illa carraria qui uenit de Ualle Aliso et exiit ad illa et

inde uadit per illos planos et uadit ad illo rego que uadit de Ualle Aliso de sursum ad illo frexenale et uadit sursum per illo et uadit ad illo ualle de Ual Martino, et inde tornat ad illo canto maiore de Ualle Callido unde primiter inchoauimus. Concedimus ista uilla ad integro ad ipsum monasterium sancti Adriani iam superius nominatum que est situm in territorio Balneare uocabulo Bouata iusta alueum Porma ut semper ibi seruiat cum abitatoribus suis qui modo ibi sunt uel qui ad abitandum uenerint licenciam abeant populare et discurrere infra ipsos terminos quos supra nominabimus, ad montes, ad fontes, ad pascuis, pratibus, domitum que etiam et indomitum, cum adiacentibus suis, cessum uel regressum, quantum ibi potueritis inuenire, damus et oferimus per remedium animas nostras, ita ut de odie die uel tempore ad ipsum locum seruiat et nobis uitam eternam adquirat. Si quis tamen quod fieri non credimus aliquis homo ad irrumpendum uenerit et hunc factum nostrum infringere uoluerit, sit maledictus et condempnatus, et a fide Dei separatus, pro dampna secularia pariat uobis ipsa ereditate duplata uel triplata siue quantum ubi fuerit meliorata, et aparte regis auri libras senas et hunc factum nostrum plenam abeat firmitate. Facta karta testamenti notum die quod est VIII. kalendas Maii in Era DCCCCLX^{a}VI^{a}. Regnante Radimirus rex in Legionem. Fronianus episcopus in sede sancte Maria. Ego Gisuadus comite et uxor mea Leouina a uobis abbas Eldemirus et omne collegium uestrum fratrum in hanc kartulam testamenti que fieri iussimus et legente audiuimus manus nostras rouorauimus ✠ et signum fecimus. Guter Menendiz conf. Recemirus Dicentiz conf. Sisebutus Petriz conf. Radimirus rex conf. Qui hic sunt testes: Petrus hic testis. Ueliz hic testis. Iohannes hic testis. Froiluua presbiter qui notuit.

1—P. (1)

Letra visigoda de transición á la francesa, 0,58×0,18.

(1) Los números que van al final de cada artículo indican la signatura del documento.

XXIV

Donación de unos molinos en el río Céa, otorgada por Teodomiro en favor del monasterio.

5 Agosto. A. 928.

XPS. In Dei nomine. Domnissimis et gloriosissimis nobis domnos et patronos nostros sancte Eulalie et sanctorum Petri et Pauli apostolorum in cuius honore fundatum est monasterium in locum que dicitur Elisonza. Ego famulus uester humillimus Teudemirus pabeo presentiam Domini ad stare bonis operibus nudatus et parbo pro magnis offero sacrissanctis altaribus uestris superiori loco fundatos pro utilitate et sustentatione fratrum qui ibidem orationibus et uigiliis Christo militant quorum abbas Ariulfus uocatus quam etiam et qui post illum loco eius successerit offero in primis in flumine Zeeia meos mulinos proprios ut in uita abeamus illos per medium meum et uestrum comune pro medietate et post obitum meum seruiat pro anima mea ad monasterio sic ipsos mulinos quam etiam meas terras quam abeo in circuitu uestro cum aqueductu egressu uel regressu pratis pascuis padulibus cum arbores pomiferis et in pomiferis cum omnibus prestationibus suis et uobes obes caballos armenta uel uestimenta omnia mobile et inmobile quem ganabi uel quem aduc aucmentare potuero post obitum meum seruiat ad ipso monasterio ut merear remisionem pecatum meorum excepto uno mulino que detis ad filium meum minore nomine Pascuale ipso uos comendo ut faciatis de eo intentione et detis de omnia sua ratione et suo casamento quia alios filios quem abui maiores nati ia donabi illis sua portione etiam et de mea portione abent aput se solidos L et omnia que orto.....tum meum diniseri que iam supratáxabi et ad sacris sanctis altaribus uestris conccessi coniuratio-

ne confirmo ita ut de hodie die et tempore de parte mea a parte uestra et de eglesia sit tradita atque concessa et si quod absit aliqui de filiis aut nepotibus uel eredibus meis ausus et intemerarius ad disrumpendum uenerit uel uenero aut contrauenire sit in primis a sancta eglesia extraneus et a cetu katholicorum alienus incomunicatus careat lucernis et in futuro ultricium cum Juda proditore Domini participium abeat penis et in secula damnatione et a sacris sanctibus altaribus uestris auri libras quinas perpetim abituras et hec scriptura firmum uigorem abeat perpetim ualitura. Facta scriptura testamenti notum die ipsas nonas Agustas era DCCCCLXªVI. Teodomiri que hoc testamentum feci et relegendo cognobi manu propria signum ✠ feci et testibus rogita tradi. Facquilone conf. Munnio Froilanus ts. ✠ Maura ts. Acarici ts. Lupon ts. Giualdo presbiter ts. ✠ Sanastianus ts. ✠ Arcaio ts. ✠ Queran ts. ✠ Gathon ts. ✠

2—P.

Letra visigoda, 0,28×0,19.

XXV

Donación de varios bienes, otorgada por el conde Guisuado y su mujer al monasterio de San Adrián.

5 Marzo. A. 929.

Sub maiestate diuina et triplici persona, beatissimis egregiis que martiribus sacris patronis que Adriano et Natalie uel omnibus sanctis. Nos humiles exigui que Gisuado cum coniuge Leuuina, nimis ceno peccati mole ligati, secularia blandimenta connexi, scatentium uermium et omnia inlicita seculi constricti quid facere aut quomodo eruere possimus a preda faucibus zabuli merita deteriora non iubant nisi fuerint almis precibus uestris domnissimis martiribus pro nobis

intercessuri, ideo que iam nos Deo fauente, indictione quarta, consuluimus antestites qui iam migrauerunt in Domino Iennadius, Attila, et uiuens Cupilanis siue cunctorum abbatuum qui tunc erant uel modo plurimi uitam degunt, talia denique illis precabimus ut cum benedictione et sanctificatione eorum conderimus ac dicaremus templum uestrum qui ex iussione illorum omnia quod postulabimus ob honorem uestrum cuncta perfecimus sicuti omnes cernitis. Ergo omnia ista ornare aligideque (*sic*) a nobis atria uestra honorifice ampliauimus etiam modo Deo propitio, indictione secunda, regnante gloriosissimo ac serenissimo principe nostro Adefonso, anno regni sui V, per jussionem suam et sugestionem nostram omnes proceres palatii, episcopi, abatibus, seu honestissimi laici, iussit peruenire ad locum nostrum Deo dicatum. Ergo rex ibidem aduenit igitur nos supra fati in meriti rogauimus sanctissimum concilium ut hunc locum quod parabimus monasterium a modo et deincebs sit confirmatum et semper ualiturum; uerum dum princebs a nobis talia audiuit episcopis seu abbatibus decreuit confirmari quod misericordia deifica et pietate ipsius actum est quod elegerunt eadem hora ex ipso concilio Gaudegiso abbate quod iam antea illis efflagitaueramus itaque iam prefati in meriti elegimus hunc locum Balneare in Christi nomine et Christi amore et uestre glorie perpetuali honore licet exigui exigua munuscula altaria uestra offerimus ita inprimis secernimus termina uestra nam ex parte septentrionali castellum anticum qui est supra monasterium ex penna ad pennam per illum arborem et per illam portam de ipso castro set per terminum de tio nostro Vegila nec non terminum de Braulio germano nostro, predesignatum locum Stagnum a uulgis uocitatum Tintraria et ex inde directum ad regum sursum uero ad ipsum regum usque ad limitem de Venario siue per ipsam lumbam inuertentem ad illum spinare et carrare maiore, etiam sursum ad illam matam quam dicunt Malam et regum qui discurrit ex uillam dictam Sandoi et per ipsum regum discurrentem per nostros terminos secundum iam receximus per caput de illa pallude de illa sausa uel ad illam lacunam de iusanam usque ad aliam lacunam quantum passos XX et sub illos aucteros de illis areis usque

Bouata fluminis, ita per ipsum regum usque ad uadum predictis aluei quin etiam per caput de illam serram et nostram uineam et in illum montem quem dicunt Mauroso nostram porcionem qui nos quadra inter germanos nostros et consanguineos pergens ipsa serra ad ipsum lacum, in plaga australe tam diu discurrit ipsam serram que usque inuergit in lumbam de Castro, interea ex parte orientalis terminum de germano nostro Braulio iam supra memorato lineam rectam continens quo usque perueniens ad presam molinum monasterii huius iuxta fraxinum in eodem loco situm, et per ipsam petram que sta infestam: omnia ista a nobis ordinata locum sacrum uestrum concedimus, id est uineas, ortos, frutectas, pomiferandos a nobis fabricatos et adicimus uobis uillam nostram propriam Busto mediano per cunctis terminis suis, primo terno per Poszo Lobar et per illa collata de Ual de Goita, et per illa collata de Truiliar, et conlana per illa lonba, et inde ad collata de Mortos et uadit per illa lomba ad collata de illo campo, et uadit ad illas collatellas et uadit per illa karraria ad illa collata de Orete quomodo aqua reuertet, et inde ad illa collata de Uillar et inde ad illo castello et uadit ad sancto Christoforo, et conlana ad illa hera de Lacu et uadit unde primiter diximus ad Poszo Lobar infra ipsos terminos, potestatem habeatis pascendi bibendi, in montes, in fontes, in exitos et in illa diuisa que ad ipsa uilla pertinet infra ipsos terminos, uilla populata et pro populare, per cunctis terminis suis, promo termino per illa fonte de Auelano, et per illa portella, et per illa zerra, et inde ad illa collata de monte de Fratres, quomo aqua reuertet et uadit ad illas collatellas et inde con lana ad illa lonba de illo Uenario, et uadit per illo quato de illa tabula scripta, et descendit per illo sementario ad illa fonte de illo prato de super illa uilla, et descendit ad illo rego quomodo aqua discurrit de illa fonte ad illa uilla ad ipsa carraria et per ipsa carraria usque ad fontem unde primus diximus, ipsa hereditate et ipsa uilla infra ipsos terminos uobis ad integritatem concedo; qua propter hanc donationem optime manere censemus ut tam eglesiam quam et omnem nostram quam ibidem concesimus donationem Gaudegiso abbati uel eglesiam sancti Adriani cum fratribus suis concedimus monasterium

regere tenere et monasticam uitam secundum docet sancti Benedicti regulam texere. Nullum in aliquo eum salubriter inquietare quesumus set quiete et secure perenniter permanere subplicamus et ut uires eis ministrauerint edificare, plantare, procurare non desistant et in suis stipendiis hac utilitatibus pro ut opus fuerit monasterii expendere licentiam de ipsis facultatibus qua dedimus non denegauimus habere. Denique ad climis poscimus tam iste supra nominatus abba seu fratres qui post eum in loco eius successerint uotum hoc nostrum qualibet tepida conuersatione audeant disoluere, obtamos etiam et eos qui post temporibus nostris exçessum sobolis nostris uel omnibus ad finitatibus uitam dabitur per eterne regis imperium ut de nostris oblationibus cunctis quibus Deo placere studuimus nihil auferre nihil emutillare presumant. Quisquis uero quod absit ad inrupemdum ausu temerario uenire niterit sit anatemha marenata in conspectu Dei patris omnipotentis et ire se cum Iuda ad ignem eternum uelotius pergat, ac sine fine crutiaturus penas inextinguibiles permaneat, et ad duplam confusionem ab Spiritu sancto non careat, uiuens que afronte careat lucernis, postque picea non euadat baratri tenebras et in futuro iuditio reus existat, et in duplo reddat de auri libras quinas, ideo obsecramus tam abbates quorum et ceteri qui ibidem aduenerint frates ut pro sospitate eui et pro incolomitate regni celestis ut fruere mereamur orare non desinant.

Factum et confirmatum sub die III nonas Marcias sub Era DCCCC. LX. VII. Ego Gisuadus cum coniuge Leuuina hoc testamentum a nobis factum proprie manus firmauimus. Adefonsus Rex confirmans. Onneca regina conf. Leuuina conf. Garuiso conf. Eldemirus conf. Scemena conf. Petrus conf. Sub Christi nomine Cixila episcopus interfuit. Sub Christi nomine Ouecus episcopus interfuit. Sub Christi nomine Fortis episcopus interfuit. Sub Christi nomine Dulcidius episcopus interfuit. Sub Christi nomine Frunimius episcopus interfuit. Reccessuindus abbas testis. Iohannes abbas testis. Seruandus abbas testis. Iabiscus abbas testis. Attarius abbas testis. Ariulfus abbas testis. Sisebutus testis. Uigila iudex testis. Maurellus iudex testis.

Abaiub. testis. Bazarius testis. Mutarraf testis. Zacarias presbiter notuit.

3—P.

Letra visigoda, 0,72×0,29.

Hay otro ejemplar de este documento, también de letra visigótica, con algunas variantes.

XXVI

Donación de la mitad de una villa junto á Santa Eugenia, otorgada por Mascito y Odón en favor del monasterio de Eslonza.

17 Octubre. A. 929.

XPS. Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis, domnos et patronos nostros sancte Eulalie uirginis et sanctormm apostolorum Petri et Pauli quorum reliquie sunt recondite et monasterium in Elisonza, nos umilis serui uestri Mascito et Odo pabemus presentiam Domini, bonis operibus ad stare nudatos, deinde paruis pro magnis offerimus ad sacris sanctis altaribus uestris tam Ariulfus abba quam etiam et qui post illum, loco eius susceperit pro sustentatione pauperum aduenientium et utilitatem monasterii uel seruis Dei qui in ipso loco deseruierint et cotidie in orationibus et uigiliis Christo militant concedimus eglesie uestre in primis ego Mascitu in uilla iusta sancta Eugenia medietate de omnia mea causa in casas, in uineas, ortales, pomares, terras cultas et incultas, rauppa, uestimento, argento, tam mobile quam etiam inmobile, quem post obitum meum a iuri meo dimiserim cum filiis meis permedium illut sortiatis, similiter et ego Odo quantum aucmentare potuero in omni uita mea quando Deo a seculo exire quantum a juri meo dimiserim omnia ex integro in ipso loco sit traditum atque confirmatum ut ante iudicem, meorum merear pecaminum remisione, ita ut ab odierno die et tempore omnia que iam supra diximus atque taxamus et

coniuratione confirmamus ut omnes Deum timentibus et nobis beneuolentibus uotum nostrum ad impleant et confirment si confirmati in regno Dei eterno permaneant. Et si quo absit nos aut aliquis de propinquis nostris filiis an nepotibus uel eredibus nostris ausus et intemerarius hanc nostram oblationis cartulam ad inrrumpendum uenerit uel conauerit, uenire aut inmutare uoluerit, sit in primis a sancta eglesia extraneus, et ac cetu catholicorum alienus, in hoc seculo lucernis careat uisionem, et in futuro ultricibus flamis cun Iuda proditore Domini participium lugeat penas, insuper secularia damna multatus, conferat sanctis altaribus uestris uel seruis Dei auri libras quinas perpetim abituras, et hec scriptura firmum uigorem obtineat per secula ualitura. Facta scriptura testamenti notum die XVI kalendas Nouembris. Era DCCCCLXVII.[a] Regnante et imperante principe nostro glorioso domnus Adefonsus Legionense sedis. Ego Mascito qui hoc testamentum a me factum fieri uolui et relegendo cognoui manu propia signum ✠ feci et testibus rogitas ad rouorandum tradidi, similiter et ego Odo confirmans manu mea. ✠ Reccemiri testis. ✠ Coraisci ts. ✠ Fafila ts. ✠ Frola ts. Lupi hic ts. Gennaius presbitero hic presens fui ts. Elleca presbiter hic ts. Sesualdo ts. Ceronio ts. Iusti ts. ✠ Braulio ts. Sub Christi nomine Oueco æpiscopo. ✠

4—P.

Letra visigoda 0,45×027.

XXVII

Donación de unos bienes en la villa de Calzada, otorgada por Egica y Munnina en favor del monasterio de Eslonza.

16 Noviembre. A. 929.

XPS. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis. Domnos et patronos nostros sancte Eulalie uirginis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli in cujus onore fundatum est monasterio in locum predictum albeo

Elisonza, nos umillimis serui uestri Egica et Munnina, mole criminum grauati, et ingenti sceleribus opressi pauemus presentiam Domini adstare bonis operibus nudati, parbis pro magnis offerimus sanctis altaribus uestris pro utilitate monasterii ad sustentatione fratrum adueniencium uel seruis Dei qui cotidie in orationibus et uigiliis Christo militant, tam Juliani abba quam etiam et qui post illum loco ejus successerit. Offerimus in primis in locum predictum in uilla que uocitant Calzata nostras casas cum solares, terras, uineas, ortales, mulinos, raupa, argentum, uestimentum, oues, bobes, jumenta, armenta, tam in mobile quam etiam inmobile que post obitum nostrum omnia que a nobis fuerit de nostro laxatum in jure et potestate uel dominio uestro sit traditum et perpetuo confirmatum et quicquit de illut pro utilitate monasterii fuerit aut abueritis uoluntatem facere plenissimam in Dei nomine abeatis potestatem et que jan supra diximus et conjuratione confirmamus ut ante judicem nostrorum mereamur peccaminum remmissionem, ita ut ab odierno die et tempore de parte nostra a sanctis altaribus uestris sit concessum, et si nos aut aliquis ex eredibus uel propinquis nostris ausus et intemeratus hanc nostram oblationem cartula disrumpere aut inmutare uoluerit sit in primis a sancta eglesia extraneus et a cetu catholicorum alienus, a corpore Christi segregatus, et in futuro ultricibus flamis cum Iuda proditore Domini participium abeat penis, et insuper secularia damna multatus conferat sanctis altaribus uestris uel seruis Dei que cotidie ibidem abitant auri libras quinas perpetim abituras, et hec scriptura firmum uigorem obtineat per secula ualitura. Facta scriptura testamenti notum die XVI kalendas Decembris Era DCCCCLXVII. Ego Egica hanc testamento a nobis factum manu mea signum ✠ feci et rogitas testibus ad rouorandum tradidi. Munnina confirmans manu mea. ✠ Vimara confirmans. ✠ Gondesaluo confirmans. ✠ Leto presbitero testis. ✠ Lubila presbiter testis. ✠ Icquila presbiter testis. ✠ Albaro testis. ✠ Hale testis. ✠ Ambron testis. ✠ Saprella testis. ✠ Donna Cislo testis. ✠

5—P.

Letra gótica, 0,41×0,18.

XXVIII

Carta de venta de la mitad de una viña en la villa de Cañones, otorgada por Egilo y sus hijos en favor del monasterio de Eslonza.

20 Mayo. A. 943.

XPS. In Dei nomine. Ego Egilo una cum filiis meis Adefonsus et Ratario et Semplicio tibi Ajubando abba uel omnem collegio fratrum in domino Deo eternam salutem. Placuit nobis ad que conbenit nulis que egentis inperio neque suadentis articulo set propria nobis accessit uoluntas, ut uinderemus uobis uineam nostram propriam sicut et uendiuimus et est ipsa uinea in uilla que uocitant Caniones super ripa fluminis Estola iusta ipsos uestros molinos determinata per cunctis terminis suis, de termino de Fafila usque ad termino de Greudo, et de alia parte usque in kasas, et de quarta parte termino de Aldreto, medietatem uobis uendiuimus cum omnes arbores suos, et acepimus de uos pretio XXIII solidos que nobis uene complacuit et de ipso pretio aput uos nicil deuite remansit. Ita ut ab odierno die et tempore abrasa ipsa medietatem de ipsa uinea de nostro jure sit in uestro jure et dominio traditam et confirmata abeatis, edeatis, teneatis, uindicetis usque in perpetuum, et si aliquis uos ad inrumpendum uenerit pro ipsa uinea, que nos uindicare non ualeamus, tunc abeatis potestatem de nos ad prendere ipsa uinea duplata uel quid quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim abiturum. Facta cartula uenditionis sub die quod erit XIII Kalendas Iunias Era DCCCCLXXXI.

Ego Egilo in anc cartula uenditionis de ipsa uinea manu mea ✠ feci.—Adefonsus confirmans ✠ feci.—Ratario confirmans ✠ feci.—Semplicio confirmans ✠ feci et coram testibus tradimus ad rouorandum.—Armentari Heliz testis ✠ feci.—Eldesendo filius don Tio testis ✠ feci.—Adefonsus filius Burgala testis ✠ feci.—Onorico mallato

de estabulo testis ✠ feci.—Stefano filius Calzato testis ✠ feci.—Didaco testis ✠ feci.—Halel de Legion testis ✠ feci.

6—P.

Letra gótica, 0,20×0,14.

XXIX

Carta de cambio de unas tierras en la villa de Cañones por otra en Eslonza, otorgada por Sarracina y sus hijos de una parte, y de la otra el abad de este monasterio.

24 Mayo. A. 943.

XPS. In Dei nomine. Ego Sarracina una cum filiis meis Albaro et Gotina Faquilo et Gontrode et Remesildi tibi Ajubando abba uel omnem collegio fratrum Elisonza in domino Deo eternam salutem. Placuit nobis adque conbenit nunlisque egentis inperio neque suadentis articulo set propria nobis accessit uoluntas ut comutaremus uobis terra cum suos pomiferos sicut et comutauimus, et est ipsa terra in uilla que uocitant Caniones, justa flumen Estola, determinata per cunctis terminis suis, de termino de Mauro, et per ipso rego que discurrit de ipsa presa de uestros molinos usque in corte qui fuit de Albaro, et per corte qui fuit de Sparandeo, et de alia parte termino de Sesguto, et usque in ipsa uinea qui fuit de Furtunio, et in alio loco ad ipsa mulinaria qui fuit terra, cum suo pumare infra uestros terminos, homnia uobis comutamus adque concedimus, et accepimus de uos alia terra in Elisonza que nobis uene complacuit et aput nos nicil deuite remansit. Ita ab odierno die et tempore abrasa ipsa terra cum suos pumares et suos fructuarios de nostro jure sit, in vestro jure et dominio traditam, et pereniter confirmatam abeatis, edeatis, teneatis, uindicetis jure quieto usque in perpetum. Et si aliquis omo uos ad inrumpendum uenerit pro ipsa terra uel pro ipsos pomiferos que nos uindicare non ualeamus,

tunc abeatis potestatem de nos adprendere ipsa terra cum suos pumares duplata uel quid quamtum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim abiturum. Facta cartula comutationis sub die quod erit VIIII Kalendas Iuinias Era DCCCCLXXXI. Ego Sarracina in anc cartula comutationis quam fieri uolui manu mea ✠ feci. Albaro confirmans ✠ feci. Gotina confirmans ✠ feci. Faquilo confirmans ✠ feci. Gontrode confirmans ✠ feci. Rensildi confirmans ✠ feci. Et coram testibus tradimus ad rouorandum. Felix de Sancta Maria ts. ✠ feci. Emelato ts. ✠ feci. Vacauda filius Pruenzi ts. ✠ feci. Guimara presbiter filius Zalama ts. ✠ feci. Imila suo germano ts. ✠ feci. Valeiro presbiter filius Lello de Riparubia ts. ✠ feci. Fatino filius Sesnando ts. ts. ✠ feci. Adefonsus filius Burgala ts. ts. ✠ feci. Aldreto filius Hamdom ts. ts. ✠ feci. Onorico de Sancta Maria ts. ts. ✠ feci. Molini ts. ts. ✠ feci.

7—P.

Letra gótica, 0,24×0,20.

XXX

Donación de una tierra en Cañones hecha por Selera en favor del monasterio de Eslonza.

30 Agosto. A. 957.

XPS. Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis domnos et patronos nostros sanctorum apostolorum Petri et Pauli [et sancte Eulalie?] uirginis etemeritense in cuius honore fundatum est monasterio in loco predicto Elisonza. Ego famula uestra Selera Deo uota mole criminum grabata et in gentis sceleribus oressa pabeo presentiam Domini bonis operibus ad stare nudata paruis pro magnis offero ad sacris sanctis altaribus uestris pro sustentatione pauperum aduenientium uel seruis Dei qui cotidie in orationibus et uigiliis Christo militant tam

Adiubandus abba quam etiam et qui illum loco eius successerit offero uobis terra mea pro parte quod abeo in loco predicto Kanionés iusta flumen Extula de termino de Delgata usque in termino de Donno et de alia parte de meo termino usque in orgas de Uoni Ranosondo ipsa terra infra ipsos terminos ab integro uobis concedo post obitum meum pro remedio anime mee et parentum meorum siue in ipsas orgas et in ipso sauto quod latus iacet illut uobis offero post parte eglesia uestre. Si quis sane minime credo cuntra hanc factum meum uel meam oblationem infringere uel disrumpere uoluerit pro aliqua subroita persona imprimis ad sancta eglesia Dei sit extraneus et ad cetu katholicorum alienus et cum Juda proditore Domini lugeat penas et insuper pariet á partem eglesia uestre aurias libras. . . . . et hec kartula testamenti firmum uigorem obtineat per omnia secula ualitura. Facta kartula testamenti notum die III kalendas Setembres in Era DCCCCXCV. Ego Selera in anc testamentum a me factum uel contestatum manu mea ✠. Lecinus de Ualderezmondo ic preses fui manu mea ✠. Kabesza filius Cisla ic preses fui manu mea ✠. Munne de Rezmondo ic preses fui manu mea ✠.

8—P.

Letra visigoda, 0,24×0,19.

XXXI

Donación de unos bienes en Villa de Moros, otorgada por Bermudo en favor del monasterio de Eslonza.

28 Diciembre. A. 976.

XPS. Sub Christi nomine gloriosisimus et post Dominum uos fortisimos dominos patronos mei sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancta Eulalie in cuius onore fundamentum est monesterium in Alisonca. Ego umilis serbus uester Uermudo, mole criminum grauatum, abeo pabeo presentia Domini adstare bonis operibus nudatum, parbis

pro magnis offerimus sancti altaribus uestris pro sustentatione fratrum et utilitatem monesteri uel serbis Dei qui ibidem cotidie in orationibus et uigilibus Christo militant tam Cibriani presposti et Albaro diaconi quam eziam qui post illos subsenserit, offero in primis ad sacris sanctis altaribus uestris ubi corpus meum uoleo ebeo iacere pertinere logum de inde in logum predictum Uilla de Mauros uinia I de duas estirpias per terminum de Memi alia parte de Donadeo in sentegra et cupa una de nobe palmos in sentegra et in alias uinias teras meditate et in montes et cortes et ingrosicum de kasa meditate in post obitum meo relinquerit sit traditum pereniter confirmatum et qui de illum locum sussenserit. Siquis tamen ego Uermudus aut aliquis omo ex eredibus uel probinquis meis contum ex temerarius et audax hanc mea oblatione cartula dirumpere aut inmutare uoluerit, in primis sancta eglesie extraneus et ac cetum catolicorum alienus, insuper secularia damna multatum conferat sanctis altaribus uestris auri liberas quinas et scriptura firmum uigore obtinea per secula ualitura. Facta scriptura testamenti notum die V kalendas Genuariis Era XIIII super milesima. Ego Uermudo in anc testamenti manum meam roborabit ✠ Pro testes. Domenco testis. Citele ✠ testis. Gaudioso ✠ testis. Regnante Adefonso in Legione. Leuta noduit. ✠

9—P.

Letra visigoda, 0,16×0,21.

XXXII

Donación de unos bienes en Villarabines, hecha al monasterio de Algadef por Lázaro, presbítero.

25 Marzo. A. 1005.

XPS. Domnos sanctos et gloriosus hac post Deum mici fortissimos patronos sancte Marie uirginis hacque sancte Martini episcopi corum

baselice fundate sunt in locum quot nuncupant Algadef uobis domno Eiza abba uel collegium fratrum qui Deo militant in ipsum locum, Hec umilimum serbus uester Lazarus presbiter non est duuium set multis manet notissimum quia ex puncta morte corporea de hoc seculo ad alium humana transfferuntur anima. Qualis namque se illi peruenire considerat quia ic ad bona peragenda corde et corpore pigritat. Monet enim Dominus dicens: date et dauitur uobis. Licet enim omnia que in unc mundum ad ussum ominis conferantur ad Deo qui creauit omnia ordinantur tamen Deo ualde dignum est ut de hoc cot accepimus ex hoc conplaceat ponere oblaciones instinctum hoc eo enim unus quisque futura cumulat pro eo presencia eorum Deo digne dispensat. Ad nos qui sumus futuri temporis illius posteritas eius de uoni operis deuocionem transmisit et tali emolumento corde subsequencium ad depetenda semper Domino confirmauit. Addo is talibus presentis oraculis pro it ut merear uestro sacro sancto suffragio aput Deum cunctorum nexibus absolbit peccaminum et dessiderare uitetis ne studium placidum percurrere passum offero et dono ad sacro sancto eglesie uestre pro remedium anime mee id est corde cum suas domos qui uocitant Billa Rapinas subtus flumen Stula, in uineis, in terris, in pratis, in mulinaris, in arbusta, in rem, in quantum poturitis, in caballos, in boues, obes, argentum, uel uestimentum, seu et homnia causa quantum potueritis in uenire, ad integrum uobis concedo, ut de seruiat in ipsum monasterio iam subra nominatum Algadef pro remedium anime mee. Ut abeam coronam ante Deum ita dumtaxat abodierno die uel tempore perpetim confero concedo ab integro. Quod si quisqum progenies mee aut eredum meorum uel cuiuspiam asercionis aut generis omo anc meam deuocionem aut uius mei decreti uel testamenti infringerit in primis sit excomunicatus et a corpore Christi et careat affrontibus amborum lucernis et non uideat que bona sunt in Hierusalem nec pars in Srahel set fiet pulbis ille et progenie sua et insuper pariet in duplu uel triplo auri libras III. Regnante domino Adefonso principe. Facta scriptura testamenti Sub die cot erit VIII kalendas Aprilis. Era XLIII post millesima. Lazarus in anc scriptura testamenti cod fieri uoluit et reliendo cognouimus manu

mea ✠ Honorifica Deo uota confirmat. Suarius conf. Kazem conf. Eldedemirus conf. Fredinandus conf. Froilano conf. Aiub conf. Frater Birimudus presbiter conf. Frater Iohannes conf. Frater Teuda conf. Froila presbiter conf. Gaudius conf. Lupus conf. Dulcidia conf. Salbator conf. Andreas conf. Ioannes conf. Benze conf. Julianus conf. et alii plures filii uonorum hominum.

10—P.

Letra visigoda, 0,39×0,28.

XXXIII

Donación hecha al monasterio por Nuño Gutierrez y su mujer, de todos los bienes que tenían en Villafale.

16 Mayo. A. 1035.

XPS. Inmenso Deo hac Domino Saluatori que nostro cui cedunt celestia et famulantur terrestria in cuius nomine fundata est eglesia monasterio dedicata sanctorum Petri et Pauli apostolorum. Ego famulo uestro Nuno Gutieriz una cum uxor mea Maria pauemus presentiam domini bonis operibus esse nudatis parbis pro magnis offerimus ad sacris sanctis altaribus uestris pro substentationibus pauperum aduenientium uel seruis Dei que in eodem loco cotidie in oratione et uigiliis Christo militantium Ualeribus abbatiuum eciam et qui post illo loco eius sucesserit et hofferimus in primis uillam nostram probria que fugit de Joan Ueluz que nos incartauit rex domno Ueremuto in territorio leonensem iusta fluminis Istulam in Sonlatio uilla que uocitant Uillafalei quem abuimus in nostro iuro terras uineas montibus fontibus pomiferis arboribus pelacus santus molinarias piscarias fructuosas uel infructuosas pratis pasquis padulibus aquas aquarum cessum uel regressum quantum ibi potueritis inuenire tam

etiam in prauo quam etiam et indomitum homnia que supra diximus ad domum Dei illum concedimus ad integritatem in monasterio Elisonca et cum coniuratione comparationes totas. Siquis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo ausus et intemeratus hanc testamentum ad disrumpendum uenerit uel uenire conauerit in primis sit a sancta eglesia extraneus et a cetu catholicorum alienus et futuro ultricibus cum Juda proditore Domini participium abeat penis et insuper secularia damna multatus conferat sacris sanctis altaribus uestris uel seruis Dei que in ipso loco deruierit auri libras quinas et ec scriptura testamenti firmem uigorem obtineat que homnia secula ualitura. Facta scriptura testamenti notum die quod erit XVII kalendas Junias Era LXXIII post milesima. Ego Nunno Gutierriz in anc cartula testamenti quem fieri uolui manu mea. ✠ fecit. Maria conf. manu mea. ✠ fecit. Ciprianus episcopus in sancte Marie sedis. Pelagio Goncaluiz conf. ✠ Frolia Xemeniz conf. ✠ Gomez Guteriz conf. ✠ XPS. Dominigo ic ts. ✠ Obeco ic ts. ✠ Martino ic ts. ✠ Petru presbiter titulauit ✠.

11—P.

Letra visigoda de transición á la francesa, 0,39×0,21.

XXXIV

Venta de unos bienes en la villa de Quintana, otorgada por Bellido González y su mujer en favor del monasterio de Eslonza.

18 Mayo. A. 1050.

XPS. In Dei nomine ego Belite Consalbic et uxori sua Foba una pariter cum filiis meis, tibi Ualerius abba, in domino Deo eterna salute amen. Plaguit nobis adque conuenit uoluntas, nunlis quoque gentis imperio, neque suadentis artigulo, set propria nobis accensit uoluntas, karo animo et spontanea nostra uoluntate, ut uinderemus uobis jam su-

pra dicto Ualerius abbas uilla nostra propria que abemus de parentibus uel abios nostros in terridurio legionensis iusta flumine Porma in logo predicto uilla que uocidant Quintana siue de nostra ganantia comodo et de nostras comparationes in ipsa uilla medietates ad intecridate uobis uindimus ipsa uilla cum domus edifigatus, cortes, exitus, montibus, fontibus, molinos, cum suas molinarias, ortos, pumiferos, sautos, pelagus, pescarias, uineis, terris, pratis, pascuis, padulibus, aquis, aquarum cessum regresum quantum ad ipsa uilla pertinet et Belite Consalbic jurifigauit, sibe in brauo quam etiam et in domitum, medietate ad intecridate uobis uindimus et concedimus pro que accepimus de uobis in precio CV solidos de ariento, precium placibile que nobis et uobis bene conplaguit, et de ipsum pretium aput uos nicil indeuitum non remansit, set totum complestis ita ut de odie die uel tempore de nostro iure abrasa et in uestro iure dominio sit confirmata, aueatis teneatis uindices atque defendatis, sic uos quam etiam et posteritas uestra, et fatiatis inde quod uolueritis et si aliquis homo ad inrumpendum uenerit uel uenerimus quod ego uos auctoritare non uelnerimus hanc per nos hanc per mandatore aut inlicita asertoris comodo pariemus a tibi Ualerius abbas ipsa ereditate duplata uel triplata quantum a uobis fuerit meliorata et in perpetum auitura, et apartem regis auri libras bis quinas. Facta kartula uindictionis nodum die quod erit IIII^{a} feria XV. kalendas iunias. Era LXXXVIII post milesima. Ego Belite Consalbic et uxori sua Foba in hanc kartula uindictionis manus nostras rouorauimus. et signum fecimus ✠ ✠ Regnante rex Fredinando in Legione. Ziprianus Dei gratia episcopus in sedem sancta Maria. Qui fui pro testis Martino ic ts. ts. Pelagio ic ts. ts. Citi ic ts. ts. Peidru presbiter notuit.

12—P.

Letra visigótica, 0,31×0,21.

XXXV

Venta de una tierra en Garfudos, otorgada al monasterio de Eslonza por Vicente y su mujer Gogina.

28 Noviembre. A. 1050.

XPS. In Dei nomine. Ego Uicenti et uxo sua Cogina tiui Ualeribus abbas qum sobrinis uestris Ualeiro et Atila in domino Deo eterna salutem, amen. Placuit nobis aque conuenit uolumtas neque per metum neque per ebrietatem set spontanias nostras uoluntates ut facimus uobis scriptura uendicionis de terra que est in teridorio leonesse in ualle de Alissonza in logo predicto in Garfudos ipsa terra per suis terminis, in primo termino per uia Castellana et illos alios terminos de miue Ualeribus aba et alia terra ibidem in Garfudos per suis terminis per termino de Sancti Petri qui fuit de donna Quilio et illos alios terminos de mive Ualero abbas ipsas terras per ipsos terminos dauo uobis illas ex integras uobis concedo pro quo accepimus de uobis in precio pro ipsas terras qui in scripto isto resonant solidos VIIII de argento, precium placiuile quod nobis et uouis bene conplacuit et de precio aput uos nicil remaso set totum precium conplistis. Ita ut de odie die uel tempore ipsas terras de meo iure abtersas et in uestro iure sedcant confirmatas i. . . . . et abeatis, teneatis uindere, donare, uel conmutare et que uobis fueri uolentia inde faciatis. Si quis tamen aliquis omo ad scriptura ista ad derumpendum uenerit uel uenerimus aut per nos aut per aliquis omo subrogita persona quem nos Uicenti et uxor Gogina uindigare uel obtoricare non uoluerimus a parte uestra de uobis Ualeribus abbas et sobrinos uestris quomodo pariemus istas terras dupplatas quantum ad uobis fueri prendere meliorata et in perpetuum seculi teneatis illas firmiter. Facta scriptura uendicionis nodum die IIII. feria IIII. kalendas December. Erat LXXXVIII post

millesima. Ego Uicenti et uxo sua Cogina in ac scriptura uindicionis manus nostras ✠ ✠ rouorauimus. Qui presentes fuerunt. Saluador ic testis ✠ Uicenti ic testis ✠ Pelaio ic testis ✠ ✠ Andres presbiter scripsi.

13—P.

Letra visig. Pergamino opistógrafo, 0,20×0,14.

XXXVI

Donación de Villanova, Santa Eulalia, Moral y otras villas, otorgada por García y Leouina en favor de este monasterio.

29 Julio. A. 1055.

XPS. In nomine Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti in unitate equalis. Ego nos coniunti in unum nominibus iam dictis Garcia qui sum filius condam patris mei Gutier Uelasquiz et Leouina qui sum filia condam patris mei Garcia Olaliz in Christo semper salutem amen. Magnum est enim titulum donationis in quo nemo potest actum largitatis inrumpere sed semper libenter amplecti idem quod sumus in uno consensu sicut ex uno ore directi ex eo quod abuimus nos filios natos et sunt migrati a seculo et deuenimus sine filios in hoc mundo et pro taliter eius causa agnoscentes nos in nostris malis delictis uel quod sumus sanguinis destirpe pecatis ad multis manet cognitum sed a paucis exaratum. Modo uero uenit nobis consilium de Christo auxiliatore fortissimo et sub Dei adiutorio uenit nobis uoluntas pro pacis bone uoluntatis et facimus inter nos unitas perfeta uel benefactis seno scripturarum de omni re nostra uel de uillas et hereditates de quantum iusus sum habere que nobis Dominus condonauit et dedit cum suo adiutorio id est uillas nominatas in territorio Balneare uilla nominata Uilla noua cum casas cum cupas, torcularia, uineas uel cum suis presta-

tionibus que ad ea pertinent pratis, pascuis, padulibus, aquis, aquarum aque ductibus, molinarum cessum uel regresum. Item ibi alia uilla sancta Eulalia cum casas, cupas, torcularia, uineis, pratis, pascuis, paludibus, busta, arbuscula, montibus, fontibus, aquis, aquarum aque ductibus, molinarum, cesum uel regresum, quantum ad ipsa uilla pertinet. Idem alia uilla que uocitant Moral secus fluuio Porma sicut iam supra est taxatum cum sua edificia prestationibus que ad eam concurrunt. Item alias uillas in territorio legionensi Uilla Gontilde iusta fluuio Ystola cum casas, cupas, torcularia, uineis, pratis, pascuis, padulibus, busta, arbuscula, montibus, fontibus, aquis, aquarum, aquæductibus, molinarum, cesum uel regresum, cum suis prestationibus quantum ad ipsa uilla pertinet. Idem a sancto Adriano secundum quod super resonat similem taliter uerborum. Idem Uilla Foquer. Idem alia uilla Quintana et in Balneare unde prius diximus alias uillas Bouada et sancta Columba. Idem alia uilla secus flumen Estola uocitata Cent Fontes ipsas uillas que de super sunt taxatas uel nominatas ab integritate cum tota sua edificatione casas, cupas, torcularia, uineis, pratis, pascuis, padulibus, busta, arbusta, montibus, fontibus, aquis, aquarum aqueductibus, molinarum, cesum uel regressum, ab integritate cum suis adiacentiis facimus inter nos talem scripturarum ut habeat stabilitatem tam de hereditates quam etiam et de omnia nostra re que habemus data de manus Domini quantum ganamus et opulentamus uel ganauerimus usque ad exitum mortis nostre, aurum, argentum, palleum, tam serico laneo lintæo, equas, uacas, boues, mulos, kauallos, res, uestitum, porcos, uel omnia re quæ abemus sub manus Dei potencia secundum quod est iam supra taxatum facimus ista scriptura unitatem equalitatis uel bene factis causa terminata ut habeant robur et stabilitas firma usque meorum tempus uel in secula seculorum amen. Ita ut deinceps Era que est L^{a}XXXX.^{a} III super milesima IIII kalendas Augustas. Regnante rege Fredinando in Legione. Froilanus episcopus in sede uel. . . . . (1) commissas Oueto. Cibriani pontificalis ordo in comissas legionensis

(1) Está en blanco en el original.

Vnus quisquis de nos qui fuerint migrati a seculo primus quomodo mitat illa sua ratione ad illa ecclesia pro sua anima et cura pro anima sua et depos isto illo alio transito quomodo totum ab integro æclesiæ sit traditum pro animabus nostris ut inde antæ Deum inuenire mereamur mercede uel de pæcatis nostris ueniam. Ita ut de odie die uel tempore uno de nobis qui illut infringere conauerit aut per nos aut per aliqua sub rocita persona aut fratribus aut heredibus uel consanguinibus aut extraneis aut quolibæt homo in quolibæt tempore qualiter pariat tantum et alio tantum ad eum ex nobis quantum uel supra resonat in duplo et triplo et sedeat extraneus afide sancta catholica et sit condempnatus cum Iuda Domini traditore abeat participium in eterna dampnatione et careat hereditate celeste et non resucitet cum animas beatorum sed semper lugeat penas in tenebris inferorum. Insuper et pariat auri libras XXX^{a} ad illo rege uel commite et inquolibet concilio scriptura ista firmiter permaneat usque in perpetuum habiturum. Ego Garcia Gutierriz et Leouina inter nos facimus et confirmamus pro unitate Spiritus Sancti manu nostra roboramus et coram testibus confirmamus ✠ Saluator Liliz hic testis. ✠ Citi Bellitiz hic testis. ✠ Vela Ouequiz hic testis ✠ ✠ Ordonio presbitero scripsit. ✠

14—P.

Letra visigoda. Minúscula propiamente dicha, 0,45×0,19.

XXXVII

Venta de una tierra en Cañones otorgada por Columba y sus hijos en favor del monasterio.

18 Marzo. A. 1063.

XPS. In Dei nomine. Ego Columba una pariter cum filiis meis Asuse Labiane Godenunde Monnina Vitabona uobis Adiubandus abba uel omne collegio fratrum, Elisoza, in domino Deo eterna salute. Placuit

nobis atque conuenit nullis quo egentis inperio nec suadentis articulo set propria nobis accessit uolumtas ut uinderemus uobis terra nostra propria quod abemus in loco predicto territorio Kaniones infra uestro termino et accepimus de uobis in pretio pro ipsa terra XX arenzos pretio quod nobis bene complacuit et de ipso pretio aput uos nihil remansit ita ut de odie die et tempore sit ipsa terra de iuri nostro in uestro dominio tradita et perenniter confirmata et si aliquis omo uos inquietare uenerit pro ipsa terra han per nos an per alicum ominen uel sub roita persona quod nos uindicare non ualuerimus tunc abeatis potestatem de nos adprendere ipsa terra duplata uel quantum ad uos fuerit meliorata et uobis perpetim abitura.

Facta kartula uendictionis notum die quod erit XV. kalendas Abrilis in era Mla. I.ª Ego Columba una cum filiis meis in hanc kartula uendictionis manus nostras. ✠ Cipriani ts. Comparade ts. Donpater ts. et alii plures.

15—P.

Letra visigótica 0,21×0,13.

XXXVIII

Donación de Villa Sabariego, otorgada por doña Goto y por sus hijos en favor de este monasterio.

22 Agosto. A. 1067.

In Dei nomine. Ego donna Goto una pariter cum filis meis uobis Pelaio Frolazi et uxori uestra donna Bona in Domino Deo eterna salutem amen. Placuit nobis aque conuenit uoluntas ut lulis quoque gentis imperio neque suadentis articulo ut nullis pertimentes neque per ebrietate semper claro spontania nostra uoluntate ut dono ego donna Goto ad uobis Pelaio Frolaz et uxori uestra dona Bona terra mea propria

que est in territorio Legionense in loco vocabulo in uillam qui uocitant Uilla Sauarigo per locis cunctis terminis suis per terminum de Ioanes Petriz et de suos erredes et de II pars per terminos de Domenguo Queaç et de suos herredes et III pars per terminum de Pelaio Frolaç IIII pars per ila kararia qui discurre ad uilla de Moros ipsa terra infra ipsos terminos ad integritate ad uobis concedo pro que accepimus de uobis ad inuestiendum kartula uno lenco optimo que ad uobis et ad nobis bene complacuit. Et si aliquis omo ad factum nostrum ad distoruandum uenerit uel uenerimus, aut per nos aut per erredes nostros in licencia fecerimus, et in coro que concilio obtoricare non ualuerimus, quomodo pariemus nos qui super taxattus sumus ad uobis ipsa terra duplata uel in duplo quantum ad uobis meliorata fuerit. Facta kartula uindicionis te relegente concepcionis notum die II[a] feria XI[o] kalendas Setember. Era C.V. super milesima. Regnate Rex Anfonso in Legionem et sub Christi Dei gracia Pelaius episcopus in sancta Maria sedis. Ego donna Goto in hanc iscriptura donacionis manus mea rouorabit coram testibus. Ioanes ic testis. Uelite ic testis. Eiti ic testis. ✠ Domingo presbiter titulabit.

16—P.

Letra visigoda, 0,20×0,18.

XXXIX

Donación de Villaseca hecha por Vela Ectaz al monasterio de Eslonza.

26 Febrero. A. 1075.

Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis domnos et patronus nostros sanctorum Petri apstolo martirum et sancte Eulalie uirginis etmeritense in cuius onore fundatum est monasterio in logo predicto Elisonça suburbio legionense. Ego famulo uestro Uela Ectaç mole cri-

minum grauato et ingentis seleribus opreso pabeo precentia Domini bonis operibus asta nutato parba pro mamis offero ad sacris sanctis altaribus uestris pro sustemtationibus pauperum aduenientium uel seruis Dei qui quotidie in orationibus et uigiliis Christo militant uel pauperum qui superuenerit ad abitandum damus adque concedimus uobis nostra hereditate quam abemus in loco predicto quod uocitant Torre et Uilla seka suburbio legionense in ipsas uillas de totas meas hereditates quinta, terras uineas montibus fontibus ortis pratis pasquis padulibus uel stipendis suis tam Adosinda Roderiquis quam etiam et qui post illum locum eius successerit. . . . . domum Dei offero pro remedio anime mee sibes de genitores meos. . . . . cognomento Ecta Fabibiç. . . . . us et quiquid exinde facere uolueritis pro utilitate monasterii. . . . . mde abeatis potestate tam in uita quam etiam et post obitum meum. Si quis sane minime credo hanc factum meum uel mea oblacionem infringere uel disrumpere temtauerit per aliquam subroitam persona sit et totam meam rem imprimis ad sancta Eglesiam Dei extraneus et accetum catholicorum alienus et in futuro ultricius flamis et cum Juda traditore Domini participem lugeat penis. Et insuper secularia damna multatus conferat ad sacris sanctis altaribus uestris auri libras binas quinas et ec cartula scriptura abeant firmitatis firment uigorem obtineat per omnia secula ualitura. Facta cartula testamenti notum die quod erit IIII. kalendas Marcii in Era CXIII. super millesima Regnante Rex Adefonsus in Legione. Pelagius Aps. in sede Sancta Maria. Et ego Uela in anc cartula testamenti manu mea rouorabit. ✠ qui ibidem fuerunt pro testes. Martino testis. ✠ Citi testis. ✠ Cipriane testis. ✠ Dauid presbiter conf. Arias presbiter conf. Pasquale presbiter confir. Joannes presbiter titulauit.

17—P.

Letra visigoda, 0,31×0,19.

XL

Donación de unos bienes en Castrillo hecha al monasterio por Pedro Citiz.

Febrero. A. 1075.

XPS. Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis domnos et patronos nostros sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancte Eulalie uirginis emeritense in cuius honore fundatum est monasterio in loco predicto Elisonça. Ego famuli uestri Petru Citiz mole criminum grauatis et gentibus sceleribus opresis pabemus presentiam omni bonis operibus astare nutatis parbis pro magnis offerimus ad sacris sanctis altaribus uestris pro substentationibus pauperum ad uenientium uel seruis Dei qui quodidie in orationibus et uigilis Christo militant uel pauperum qui superueniunt ad abitandum. Tum Adosinda Roderiquiz quam etiam et qui post illo loqo eius suscescerit oferimus uobis in uilla que uocitant Castrello de bonomne quinta de mea ereditate tota ad integritate quantum ibi potueritis inuenire infra VI mensis in riba fluminis Porma quinta in una corte in Castrello cum kasas terras uineas montibus fontibus pelagus sautus aquis aquarum cessum uel regresum quantum ad ipsa uilla pertinet tam etiam in prabo quam etiam et in domitum in ortales in pomiferis in linares in obes in boues in pane in uino in tota omnia mea rem abeant mea uxor Uita ata quandum tenuerit castitate suo uiro et si alio uiro abuerit relinquat ipsa quinta ad sancti Petri quamtum de superibus resonat abeant ipsa quinta ubi corpus meus inmigratus sum pro remedium anime mææ ut omnes deum timentes uotum meum ad inpleat et confirmet sit confirmati in rego Dei eterno permaneat. Si quis sane minime credunt et aliquis omo ac factum meum uel uestram oblationem infringerit temptauerit uel disrumperit per alia sub roita persona inliciter asertoris in primis ad sancta eglesia extraneus et a cetu catoligorum alienus et

in futuro ultricibus cum Juda Domini traditorem parte et in super secularia damna multatus confera et a parte eglesie uestre auri libras binas quinas et cartula scriptura testamenti firmet uigore obtineat et omnia secula ualitura. Facta cartula testamenti notum die quod erit III feria X Febrarius Era CXIII super milesima. Ego Uita una cum filis meis in anc cartula testamenti meas manos nostras. ✠✠ Regnante rex Adefonsus in Legione. Pelagius episcopus in sancta Maria sedis. Qui preses ibi fuerunt Citi ic conf. ✠ Pelagio conf. ✠ Saluator conf. ✠ Qui preses fuerunt. Steuano ic ts. ✠ Martino ic. ts. ✠ Dominco ic. ts. ✠ Joannes presbiter titulabit. ✠

18—P.

Letra visigoda 0,16×0,17.

XLI

Donación de unas heredades en Herrera y Quintanilla, hecha al monasterio por Hello Fernández.

3 Marzo. A. 1080.

Dominis inuictissimis hac triumphatoribus sanctis gloriosis que martiribus Petri et Pauli celestibus regni quorum baselica fundata esse dinoscitur in territorio Legionense in loco certissimo iusta ribulo Porma et de alie pars flumen Estula nominato Exlonza. Ego humílima ancilla uestra Helo Fredinandez peccatore mole depressa in spe et fiducia per sanctorum merita respiro sicut cedo et offero sancte ecclesie uestre adque sacro santo altario vestro sancti Petri et Pauli et domna Urraca prolis Fredinandiz sub cuius docma monaci ibi degent uita iam supra dicto loco concedo hereditatem meam propriam quam habeo de meos parentes et de meos abios in locos certissimos in Ferrera in Quintanella mea racione in Val de Osa mea ratione in Asen-

tero mea ratione in casa in Ueneros aliter ista hereditate fuit concampiata cum Fredinando Uermudez in Zeon mea ratione et in Rauanal et in Lario in istas villas cortes casas solares palombares ortos arbores pommiferos fontes pratis pasquis terras vineas montes molinarias pescarias exitus torcularia cupas kavallos mulos boues oues aurum et argentum roppa uasilia tam inprauo quam etiam indomitum ubi potueritîs inuenire de tota mea rem quantum resonat in isto testamentum usque ad minimam guliare propter remedium anime mee et de parentis meorum ad sancti Petri et Pauli de Exlonza et sit licitum abbati ipsius monesterii totum hoc uindicare pro uicto adque uestitum sacerdotum Dei et monacorum in illa ecclessia seruientium et quidquid facere uoluerit potestatem habeat. Et si quis contra hanc seriem testamenti ad inrumpendum uenerit in primis sit excomunicatus et cum Dadan et Abiron quos pro suo scelere terra uiuos obsorbuit dampnatus teneatur et cum Juda Domini traditore partem sustineat in eterna dampnacione et insuper pariet de ipsa hereditate quantum in calumpnia misserit duplatum ad pulsantis uocem ecclesie et pro partem regis uel iudicum terre libras D. auri et hec series testamenti plenam habeat firmitatem. Facta series testamenti V. nonas Marcii. Era M.ª C.ª XVIII.ª Regnante Adefonso rege in Legione. Pelagius episcopus in sancta Maria.

Ego Elo Fredenandez ad uobis domna Urracca prolis Fredenandez in hac kartula uel testamenti manum meam signum fecit. ✠ Migaher presbiter conf. ✠ Martino presbiter conf. ✠ Nunno presbiter conf. ✠ Stephanus diaconus conf. Dominicus diaconus conf. ✠ Item Donimicus diaconus conf. Claudius presbiter notuit.

19—P.

Letra visigoda de transición á la francesa 0,41×0,28.

XLII

Donación de una heredad en Villacentol, otorgada por Mayor Gutiérrez en favor de Diego Citiz.

3 Diciembre. A. 1081.

XPS. Magnum est enim titulum donacionis quem facere uolui. Ego Maior Guttierriz cognomento Moma Donna tibi Didago Citiz placuit mihi atque conuænit nullus quoque gentis imperio neque suadentis artigulo sæt propria mihi et caro animo accessit uoluntas ut facærem tibi Didaco Citiz cartulam donacionis sicuti et facio de hereditate mea propria que habeo in Uilla Zentol et habuit ipsa hæreditatæ de auia mea Fronilli Dalldiz, ut sicut gratanter animo concæssit mihi ita et tibi Didaco Citiz concedo ipsam portionem meam ab integro et sic quomodo ea tenuit mea auola Donna Fronilli in uita sua solares, cortes, terras, uineis, pomifæris, arbores fructuosas uel infructuosas, aquas, aquarum cum eductio earum, montes, fontes, pratis, pascuis, padulibus, cessum uel regressum, quantum ad illam uillam pertinet per suis terminis antiquiis cupas, torcularias, mesas, sædilias, homines, habitantes uel qui ibi uænerint ad habitandum, habæas tu et filii tui uel nepti et omnis posteritas tua et facias de illa que tibi placibile fuærit usque in perpetuum et accepi dæ te ad confirmandum cartulam uno galgo colore nigro ualente cæntum solidos dæ argænto, et alium multum seruitium bonum que mihi fecisti et me placibile fuit, ita ut de hodie die et tempore sit ipsa uilla uel hereditate dæ iuri meo abrasa et in tuo iure sit tradita atque confirmata. Siquis tamen aliquis homo contra hunc meum factum ad inrumpendum uænerit uel uenero, tam meo marito siue filiis meis uel neptis tam regia potestas quam populorum uniuersitas que tibi aufferre uoluerit aut in baralia misserit in

primis sedeat afflictus et anathematus et careat fidem et communionem sanctam et oculis et uel pædibus et animam eius lugeat cum Datan et Habiron in profundum infernii et insuper pariat ad partem regis X.m auri libras et tibi Didaco Citiz persoluat ipsa uilla in duplo uel triplo. Regnante rex Adefonsus imperator totius Ispanie in Legione. Pelagius episcopus in sedis sancte Marie. Facta cartulam donacionis uel confirmacionis die quod ærit III° nonas Decenbris. Era I.ªC.ªXVIIII.ª Ego Maior Guttierriz cognomento Moma Domna tibi Didaco Citiz manu mea rouoraui et confermaui et signum elegit inieci ✠ Adefonsus nutu Dæi rex prolis Fredænandi regis et impærator totius Ispanie conf. ✠ Constantina regina et uxor illius imperatrix conf. Sub auxilio Dæi Pælagius episcopus sædis Legionensis conf. Bærnardus Palentine sædis episcopus conf. ✠ Simeonis Burgense sedis episcopus conf. Abbas Bernaldus sancti Facundi conf. Gundisaluus Comes conf. Pætrus Comes conf. Martinus Comes conf. Dæ Gallecia Rodorigo Comes conf. De Asturias item Rodorigo Comes conf. Didaco Ansuriz Comes conf. Armigær regis Rodorico Ordoniz conf. Sæniscalke illius regis Pælaio Uellitiz conf. Pælaio testis. Ruderigo testis. Petro testis. Adefonsus testis. Ranemiru testis. Lucius clericus ipsius regis scripsit et signum fæci et conf. ✠

20—P.

Letra cursiva visigoda 0,42×0,35.

XLIII

Carta de venta de unas viñas en Villasabariego hecha por Vellida y sus hijos en favor de Pelayo Froilaz.

24 Febrero. A. 1084.

XPS. In Dei nomine. Ego Uelita et filiis meis Joannes et Felici et Oria a uobis Pelaio Froilaz et uxor uestra donna Bona in domino Deo eterno salutem amen. Placuit nobis adque conuenit uolumtas

ut nululis quoquegentis inperio neque suadentis articulo ut nullis pertimentes neque per ebrietatem sed per claro spontanea nostra uoluntate ut rogamus et donamus ego Uelita una pariter cum filiis meis Joannes et Felici et Oria ad uobis Pelaio Froilaz et uxori uestra dona Bona uineas nostras proprias que abemus in territorio leionense in loco uocabulo in uilla que uocitant Uilla Sauaricu per locis cuntis terminis suis per terminu de Petro Pelaiz de II pars de Pelaio Dominquez et III.ª pars de Uelite Uitas et IIII.ª pars per termino de rege et alia uinea per termino de domna Exlonça et de II pars de Dominqo Uitas et de III pars de Petro Pelaiz de Uilla argent et de IIII pars de Pelaio Dolcidiz et aflige unde prioriter diximus ipsas uineas pro uino que abuimus a dare de renouo a uobis Pelaio Froilaz et uxori uestra domna Bona ipso uino III.ˢ eminas et III kls. et laxauimus inde uino in apreciatura XX solidos de argento pro ipsas uineas et laxauimus II.ªˢ eminas pro remedio animas nostras et si aliquis omo ad factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus aut per nos aut per ederes nostros in licencia fecerimus et in concilio obtoricare non ualuerimus quomodo pariemus ipsas uineas duplatas uel triplicatas quantum a uobis fuerit melioratas et a parte regis auri libras binas. Facta kartula notum die quod erit dominigo VIII.º kalendas Decembris. Era C.XXII.ª super Millesima. Regnante rex Adifonso in Legione. Pelagius episcopus in Sancta Maria sedis. Ego Uelita et filiis meis Joannes et Felici et Oria in anc scriptura donacionis manus nostras rouorauibus. ✠ Ueliti ts. Domingo ts. Citi ts. Joannes conf. Petro conf. Mames conf. Domingo presbiter titulauit. ✠

21—P.

Letra visigótica, de transición á la francesa, 0,25×0,15.

XLIV

Donación de la villa de Valle, hecha por Pedro Vellitiz y su mujer en favor de Juan Citiz.

30 Setiembre. A. 1085.

XPS. Scimus ueraciter et credimus quia Deus omnipotens adiutor et retributor est ominum sperantium se et seruientium sibi unde oportet nos exemplum accipere quia omnis qui seruit domino suo et qui melius seruierit melius proficiat de beneficio domini sui. Magnum est satis titulum donationis in qua nemo potest actum largitudis inrumpere nec foris legem proicere. Ego Petro Uellitiz et uxor mea. . . . . et filiis que de nobis nati fuerint tibi Johanne Citiz facimus tibi kartula donationis de ereditate nostra quos abui ea ego Petro Uellitiz de parentes meos et ipsa ereditate abuit ea per partitione inter meos germanos quos ego partiui et est mea probria sine alteros omines et sine aliqua calumpnia dono ea tibi de probria mea uoluntate pro seruicium bonum que mici plaqui et ipsa uilla que dicitur pernominata Ualle territorio Ceilone discurrente ribulo Ceia sub aula sancte Marine uirginis et est determinata inprimis per ribulum Ceia et de Cubraria et inde ad Caluaria et inde ad terminos da Mataus que fige inde per terminos unde se imprimiter leuauit concedo ea tibi de ea medietate cum quantum ad prestitum ominis est et facias de ea que tua fuerit uoluntas ad donando uindendo uel possidendo euo perenni secula cuncta. Siquis tamen co fieri minime non credo aliquis homo de mea parte uel extranea qua ego per me infringere uel temptare uoluerit sit reus atrociis ministris et inde bello componat cui uim fecerit et insuper pariat auri libras C^{m} cum ipsa uilla pagatas et si contenserit dé in duplo uel triplo. Ego Petro Uilitiz accebi de te Johane Citiz I accetore ad confirmandum

cartula. Facta cartula donationis uel confirmacionis pridie kalendas October sub Era I.ªC.ªXXIII.ª Regnante Adefonsus rex. Pontifex in Legione Pelacius Dei gratia episcopus. Ego Petro Uellitiz et uxor mea. . . . . et filiis qui de nobis nati fuerint signum ingerimus et roborem fecimus. Pelagius episcopus conf. Ariani episcopus conf. Asmondus episcopus conf. Arias Gimaruz conf. Pelagius aba conf. Rodericus presbiter conf. Bonellus arcediaganus conf. Pelagio Uellitiz conf. Pelagio Domenquiz conf. Martino Flainez conf. Pelagio Gomez conf. Roderico Ordoniz conf. Pelagio Ectaciz conf. Pelagio Petriz conf. Petro Muniz conf.

22—P.

Letra visigoda de transición. 0,52×0,28.

XLV

Donación de una heredad sita en territorio del monasterio de Algadef, otorgada en favor del mismo por Diego Rodriguez.

Diciembre. A. 1087.

XPS. In Dei nomine. Ego Didaco Ruderikiz in Domino Deo eternam salutem amen. Ideo placuit mici adque conuenit, nullius quo egentis imperio nec suadentis ingenio, sed propria mici accessit uoluntas, caro animo et spontanea uoluntate, in corde meo elegi ut facerem karta Domino Deo et ad monasterium sancte Marie uocabulum Algadef et ad uos Domina mea infante domna Urraka prolis Fredenandi regis et Sancie regine filia offero et concedo ibi ad ipsum locum sanctum iam de super dicto mea ereditate quem abeo in territorio de ipso monasterium Algadef, id est in primis in uilla que uulgo uocatur Kastro Olheret medietate de mea ereditate quantum ibi abeo et possideo a facie de meos ereditarios cum terris et uineis cum ortis, ortalibus, cum exiis et

regresis suis, cum montibus et afrontacionibus earum et cum eo ibi abeo et abere debeo uel aucmentare potuero in diebus uite mee medietatem uobis concedo adque confirmo. Aduc eciam adicio ibi alia mea ereditate quem abeo in uilla uocitata Petregales de quantum ibi abeo a facie de meos eredes medietate uobis concedo adque confirmo de terris et uineis, ortis, ortalibus, arboribus pomiferis, uel infructuosis, et cum eo ibi abeo et abere debeo uel aucmentare potuero in omni uite mee seruata uero omnia teneam ego Didaco Ruderikiz ipsa ereditate quod in karta resonat ex dato de ipso monasterio sancte Marie de Algadef et ex dato de ipsa dona mea Infante domna Urraka ad seruiendum cum ea ad ipsum locum sanctum et faciendi uoluntas cui me iusserit ipse abbas que ipso monasterio obtinuerit usque ad obitum fine mee, post finem uero meum ueniat ipsa ereditate quod in karta resonat ad ipsum locum sanctum sana et intemerata et de meo ganato VIIII equas pro remedium anime mee et non permitto ibi ullo homine que ad uos in ea disturbatione faciat uel in modice tali uero pactum mito adque confirmo ego Didaco Ruderikiz et facio ad ipso monasterio sancte Marie de Algadef ut de ipsa alia medietate de mea ereditate ut abeat illa et possideat mea muliere una pariter cum filiis meis sicut uni de ipsis eredibus que in propria ereditate sedent et obtinent ex iuri sancte Marie, et si inde aliter uoluerint facere careat illa et uobis perpetim abitura et est manifestum. Siquis tamen quod fieri minime credo ego aut aliquis homo uel femina contra hanc karta donationis uenerit a disrumpendum quomodo pariet ipsa ereditate quod in karta resonat in duplo uel triplo in simili tali loco et aparte regis exsoluat auri talenta II.º Facta kartula donationis ipsas kalendas Decembres. Era M.ª C.ª XX.ª V.ª Regnante Adefonso rege et imperatore in Legione et in Kastella et in Toleto. Ego Didaco Ruderikiz hanc karta scribere iussi et manibus propiis dedi et firmaui et corroboraui ✠ Petrus episcopus Legionense sedis conf. Abbas Domno Martino conf. Senior Domno Petro conf. Ruderico Saluatorez presbiter conf. Sancio Didaz conf. Veliti Saturniniz conf. Petro Gutterriz conf. Ruderico Ciprianiz conf, Veremudo Mozorez conf. Pelaio Migaeliz conf. Scupe Citiz conf.

Veremudo Sendiniz conf. Citi Pelaiz conf. Dominico Citiz conf. Donno Andries conf. Keia Aliaziz conf. Gundisaluo Aluarez conf. Adefonso testis. Petro testis. Martino testis. Didaco testis. Pelaio testis. Petrus Diaconus notuit.

23—P.

Letra francesa, 0,27×0,22.

XLVI

Carta de permuta de unas tierras, otorgada de una parte por Salvador Vellidez, y de otra por Flaino Arias y por su mujer Guntina.

9 Noviembre. A. 1089.

XPS. In Dei nomine. Ego Saluator Vellidiz cum omni uoce mea uobis Flaino Arias et uxor uestra Guntina Dominiquiz in domino Deo heternam saluten amen. Placuit michi Saluatore Vellitiz ut facerem uobis Flaino Arias et uxori uestre Guntina Domenquiz, sicuti et facio, kartulam concanpiationis de duas terras cum uno medio orto et cum tota nostra diuisa in illa uilla que uocitant Quintana et ratione in pelaco et in sauto ab omni integritate quantum ibi in predicta uilla habemus uel habere debemus ex parte parentum nostrorum, totum uobis uendimus uel concanpiamus et accepimus de uos in precium et in concanpiatione CCC.os solidos et uineas in Paratella que abuistis de comparatione que nobis ualde complacuit, et de pretium apud uos nichil remansit in debitum sed totum apud nos completum est. Ita ut de hodie die et tempore sit ipsa nostra hereditate que in Quintana usque nunc habuimos ab omni integritate sicut superius dicit de nostro iure abrasa et in uestro iure adque dominio sit tradita et confirmata habeatis ea uos et omnis posteritas uestra. Et si aliquis homo aut ego Saluator Vellitiz aut aliquis et filiis meis uel neptis vel aliquis homo

ex parte mea uel de extranea ad irrumpendum uenerit ista kartula aud uos inquietare quesierit super ista hereditate quomodo pariat quisquis ille fuerit uobis Flaino Arias et uxori uestra Guntina Domenquiz solidos M. pacatos et illa hereditate duplata vel triplata in simile tale loco meliorata. Ego Saluator Vellidiz cum omni uoce mea hanc kartulam confirmo. ✠ Facta kartula concanpiationis uel uenditionis sub Era M.ª C.ª XX.ª VII.ª et quod V idus Nouembris.

Regnante Adefonso rege in Toleto et in Legione. Petrus his temporibus legionensem episcopatum regebat. Maiorinus in domo regis super mensam Ermegildus Ruderiquiz. Citi Didaz conf. Pelagio Froilaz conf. Velliti Saturniniz conf. Pelagio Ectaz conf. Qui presentes fuerunt Dominicus hic testis. Citi hic testis. Petro hic testis. Dominicus Iustiz notuit. ✠

24—P.

Letra visigoda de transicion á la francesa, 0,46×0,14.

XLVII

Donación de unas heredades en Namo y en otros lugares hecha por Rodrigo Salvatoriz en favor del monasterio de Eslonza.

12 Febrero. A. 1090.

XPS. Domnis inuictissimis hac triumphatoribus sanctis gloriosisque martiribus Petri et Pauli celestibus regni corum baselica fundata esse dignoscitur in territorio legionensis in loco certissimo iusta riuulo Pormula nominato Elisonza. Ego humilimo famulo uestro Roderico Saluatoriz et uxor mea Mater Vita pecatorum mole depressa in spe et fiducia per sanctorum merita respiro sicut cedo et offero sancte ecclesiæ uestre adqüe sacro sancto altario uestro sancti Petri et Pauli tam Paschual abba sub cuius docma monachi ibi degent uita in supra dicto loco concedimus hereditatem meam propriam que habemus de nostros

parentes et de nostros abios et de nostras comparaciones in locos certissimos in Namo in Uilla Puniti et in Riu de Ponhlios et in Luedes in istas uillas nostra porcione inter nostros heredes cortes casas solares ortos arbores pomiferos fontes pratis pasquis terras uineas montes molinarias piscarias exitus torcularia cupas kauallos boues oues aurum et argentum ropa uasilia tam in prauo quam etiam indomitum ubi potueritis inuenire de tota nostra rem quantum resonat in isto testamento usque ad minimam guliare propter remedium animas nostras et de parentum nostrorum ad sanctorum Petri et Pauli de Elisonza extra una corte et una linaræ quod dedit ad suo criato Fredinando et de illa comparatione qui fuit de Petro Gatonez meditate et si fuerit ouitum suum et non abuerit radicem quem torne ad isto testamento et si licitum abbati ipsius monasterii totum hoc uindicare prouicto adque uestitum sacerdotum Dei et monachorum in illa ecclesia seruiencium et quidquid facere uoluerit potestatem habeat. Et siquis contra hanc seriem testamenti ad inrumpendum uenerit uel uenerimus inprimis sit excomunicatus et cum Juda Domini traditore partem sustineat in eterna dampnacione et insuper pariet de ipsa hereditate quantum in calumpnia miserit duplatum ad pulsantis uocem æcclesie et pro partem regis uel iudicum terre libras L^{a} auri et hec series testamenti plenam habeat firmitatem. Facta series testamenti II idus Februarius Era I.^{a}C.^{a}XXVIII. Regnante rex Adefonsus in Legione et in Toletola. Sub Dei gratia episcopus Petrus in sede sancte Marie uirginis. Ego Roderico Saluatoriz et uxor mea Matre Vita in hanc kartula uel testamenti manus nostras rouorauimus. ✠✠ Justus presbiter conf. ✠ Santius presbiter conf. ✠ Domingo presbiter conf. ✠ Cidi ts. ✠ Petro ts. ✠ Bellidi ts. ✠ Salvator presbiter noduit. ✠

25—P.

Letra visigoda, 0,38×0,30.

XLVIII

Donación de unas heredades en Villa Arente, hecha por Pedro Gómez y su mujer en favor del monasterio de Eslonza.

30 Julio. A. 1093.

XPS. Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis domnos et patronos nostros sanctorum Petri et Pauli in cuius honore fundatum est monasterio in loco predicto Elisoncia sub urbio legionense. Ego Petro Gomez una cum uxor mea Geloira Uermutiz mole crimine grauato et in gentis sceleribus opresso pabeo presenciam Domini bonis operibus nutatu prauis pro magnis ofero a sacris sanctis altaribus pro sustentationibus pauperum aduenienciumuel seruis Dei qui cotidie in oracionibus et uigilis Christo militant uel pauperum qui super uenerit damus adque concedimus a uobis Christoforus abba uel collegium fratrum sancti Petri meas ereditates quem habeo in loco predicto que uocitant in Uilla Arenti cortes terras uineas montes, fontes, ortis, pumiferis, sautis, pelagiis, piscarias, molinarias, pratis, pasquis, aquis aquarum, arbores fructuosas uel infructuosas, in exitis tam domitum quam eciam brauum, cessum uel regressum quantum ad ipsa uilla pertinet per ubique illo potueritis inuenire damus a uobis Christoforus abba que abeatis ipsas hereditates in uestra uita quam eciam et qui post illum locum eius successerit illud a domum Dei offero pro remedium animas nostras sibe de genitori nostro Romano et quidquid ex inde facere uolueritis pro utilitate monasterii liberam in Dei nomine abeatis potestatem. Siquis sane minime credo hanc factum nostrum uel nostra oblacione infringere uel disrumpere temtauerit per aliqua sub rogita fecerit persona sit inprimis at sancta eglesia Dei extraneus et a cetu catholicorum alienus et in futuro ultricibus flamis et cum Juda

traditore Domini participem lugeat penis et insuper secularia damna multatus conferat a sacris sanctis altaribus uestris auri libras quinas et hec cartula scripture firmitatis firmum uigorem obtineat per omnia secula ualitura. Facta cartula testamenti notum die quod erit III.º kalendas Agustas. In Era Milesima C.ªXXX.ªI.ª

Regnante regina Urraka in Legione. Episcopus Didagus in sedem sancte Marie uirginis. Ego Petro Gomez et uxor mea Geloira in hanc kartulam testamenti manum meam roboraui. ✠ Qui presentes fuerunt. Petrus Didaz conf. ✠ Rodrigo Uermutiz conf. ✠ Pedro Uellitiz conf. ✠ Pelagio Xemeniz conf. ✠ Coram testes. Petro ts. ✠ Cidi ts. ✠ Martinus presbiter notuit. ✠

26—P.

Letra visigoda de transición á la francesa, 0,37×0,16.

XLIX

Venta de una corte en La Vega, otorgada por Goto, su hija y otros en favor de Álvaro Peláez y su mujer.

1 Mayo. A. 1094.

XPS. Sub ipsius nomine. Eius Goto et filia mea Maria Nuniz et cogermanos meos Petru Fernandiz et Nuno et Didago et Azenda et Eslonza. In Domino Deo eterne salutem amen. Placuit nobis prompto animo et spontanea nostra uoluntatem nullum pertimentes metum nec suadentis articulo, set pronas nostras uoluntas, ut faceremus ego eam Goto et filia mea Maria et Petru Fernandiz et germanos meos Nuno et Didago et Azenda et Eslonza facimus a tibi Aluaro Pelaiz et uxor uestra Maria Goncaluiz, sicut facimus, kartula uendictionis de una corte que nos ereditamus de tios nostros Gomez Uermutiz et Didago

Uermutiz ereditarunt ad parentum nostrorum Nuno Uermutiz et Oro Uermutiz, ipsa corte cum sua ereditate, in territorio legionense iusta fluminis Estula, in uilla que uocitant illa Uega, ipsa corte cum sua diuisa poplata cum suo orto et cum sua era et cum suos exitus et cum suos aramios in uineas in sotus in pascuis in aquis aquarum siue in domito quomodo in brauo ibi potueritis inuenire ipsa hereditate ab integro damus nos ad uobis et concedimus cuncta que supra diximus et omnes abitantes in ea auetis adprendere et perpetim obtinere ipsa corte quomodo obtinuit, per termino de Didago Domenquiz, II termino de Citi Didaz et de Petru Rodriquiz, III termino de sancta Maria, IIII termino de Aluaro Pelaiz, damus et concedimus, set ego uobis confirmo per hanc seriem firmitatis, pro quo accepimus de uos in precio C. solidos de argentum que nobis et uobis bene complacuit et de precio nicil remansit pro dare uobis Aluaro Pelaiz et uxor uestra conpliendum, ita ut de hodie die uel tempore de nostro iure abrasa et in uestro dominio sedeat tradita atque confirmanda cuncta per secula aueatis uindere uel donare uel comutare uel intestare et faciatis ex inde quidquid domini uestri extiterit uoluntas. Siquis uero ausum temerario contra unc factum nostrum uenerit a disrumpendum uel scriptura ista infringerit minime credo propinquis uel extraneis subditus uel prelatus inferior aut qualibet persona hanc per me Goto aut per filia mea Maria aut per mihi Petru Fernandiz aut per germanos meos aut per gens nostra aut per qualiue generis homo quisquis fuerit qui talia uoce comiserit pariet a tibi Aluaro Pelaiz aut uxor tua Maria C.^{os}C.^{os}C.^{os} solidos de argento et ipsa ereditate duplata in simile tale locum et a partem regis qui lex dederit auri libras bineas. Hanc uero conceptionis cunctis aueat rouore et plenissimum obtineat firmitate. Facta kartula uendicionis notum die kalendas Maias. Era C.^{a} XXX.^{a} II.^{a} Regnantem rex Adefonsus in Toletula et in Legione. Sub Christi nomine Dei gracia Petrus episcopus in sancta Maria sedis. Ego eas Goto et filia mea Maria et cogermanos meos Petru Fernandiz et germanos meos nominatos Nuno et Didago et Azenda et Eslonza in hoc cartula uenditionis qui relegendum audiuimus et manus nostras roborauimus. ✠

Domingo testis. ✠ Citi testis. ✠ Ueliti testis. ✠ Didago Dominquiz conf. Petru Didaz conf. ✠ Didago Aluariz conf. ✠ Petrus titulauit.

27—P.

Letra minúscula visigoda, 0,49×0,18.

L

Carta de venta de una heredad en Valdealiso, otorgada por Martín Pérez y su mujer en favor de Álvaro Peláez y de la suya.

1 Enero. A. 1099.

XPS. Sub Christi nomine. Ego Martino Petrez et uxor mea Marina Moniuç et uocabulo nomen eius quem uocant homines Sol Moniuç et cognata mea Acenda Moniuç in Domino Deo eternam salutem amen. Placuit nobis atquam conuenit nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo, set proprium nobis accessit uoluntas, ut faceremus nobis iam nominati Martino Petrez et uxor mea Marina Moniuç et cognata mea Acenda Moniuç ad uobis Aluaro Pelaiz et coniunge uestra Maria Goncaluez kartula uendicionis de nostra hereditate propria que habemus de auibus et parentibus nostris, una corte populata qum suos solares et suas deuisas et suas hereditates cessum uel regressum ubicumque potueritis inuenire ex integro, et est ipsa hereditate in territorio Legionense iusta flummine Estola in loco predicto in uilla que uocitant Valdealiso, et est ipsa hereditate cum omnia sua bona cum exitus ad montis ad fontis ad riuis simul ad pascuis uel ad molinariis, cessum uel regressum, quomodo melius sedeat de his alius hereditarius, et est ipsa hereditate per locis suis terminis, in prima pars per termino de Cent fontes, et in secunda pars per termino de Val de Falcone, et in tercia pars per termino de Abellare, illa hereditate de sancto Mi-

chaelle, damus uobis atque concedimus ipsa hereditate pro que accepimus de uobis in precio C^{m} et L^{o} solidos de argentum quantum a nobis et a uobis bene complacuit et de ipso precio aput uos non remansit sed apud nos est completum ita ut de hodie die uel tempore de nostro iure abrasa et in uestro iure atque dominio sit tradita atque confirmata, habeatis, teneatis, iurificetis, vendatis, donetis et faciatis inde que uos astiterit uoluntas, uos et filiis uestris, et qui de uos nati fuerint. Si quis uobis aliquis homo tam de nos quam de alius tam de extraneis quam de propinquis ad disrrumpendum uenerit uel uenerimus aut infringere scriptura ista quomodo pariet ipsa hereditate duplata uel triplata et quantum a uobis fuerit meliorata in simile tale locum et in canto D solidos de argento et a parte regis uel imperatoris terre, auri talentos X. Facta kartula uendicionis notum die quod erit sabbato primo kalendas Ianuarias in Era CXXXVII. Regnante Rex Adefonsus in Toletola et in Legione. Petrus episcopus in sancta Maria sedis Legionense. Commes Martinus in Aquilare. Michael Anfonso maiordomino in Legione et in Ceia. Et nobis iam nominati Martino Petrez et coniuge mea Marina Moniuç et cognata mea Acenda Moniuç in hac kartula uendicionis manus nostras roborabimus et sig ✠✠✠ nos fecimus. Qui pro confirmatores ibi fuerunt Commes Martinus conf. Commes Froila conf. Braollo Fernandez conf. Cite testis. Vellite testis. Moniu testis. Ciprianus quasi presbiter notuit. ✠

28—P.

Letra minúscula visigoda, 0,55×0,21.

LI

Carta de arras, otorgada por Juan Braollez en favor de su esposa María Álvarez.

28 Marzo. 1104.

Conditor et consecrator humani generis gratie spiritualis largitor Dominus noster Ihesus Christus fecit hominem ad imaginem et similitutinem suam, ad imaginem Dei creauit eum, et ait: Non est bonum esse hominen solum, faciamus ei adjutorium similem sibi, et tulit unam de costis ejus et hedificauit in mulierem, et uocauit nomen ejus uirago, quia de uiro sumpta erat, benedixitque illis Deus et ait: Crescite et multiplicamini et replete terram et subicite eam et dominamini piscibus maris, et uolatilibus celi et uniuersis animantibus que mouentur super terra, ita et Matheum in euangelio ad testante qui ait: Accedentes farisei interrogabant Dominum Ihesum temptantes eum, si licet homo dimittere uxori sue quecumque ex causa, at ille respondens dixit eis: Propter ea derelinquid homo patrem suum et matrem suam et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una. Et iterum: Quod Deus coniunxit homo non separet. Ita Dominus noster Ihesus Christus in Cahnaa Galilee cum discipulis suis ad nupcias uenit quando de aqua uinum fecit. Nos uero sub inde taliter consolans origo . . . . . pariter coniuncti letemur in unum unde Deo patrocinante michi accessit uolumptas et tui consensit animus et parentorum nostrorum annuit uolumptas ut te michi in coniungio copularem sociam sicuti et feci, ob inde propter amorem dulcedinis tue et pro coniungalis gracia et pro federe coniunganda dono atque concedo ego Iohan Brauollez a tibi Maria Aluarez mea hereditate propria que habeo de habibus et parentibus meis in territorio Aquilare iusta flumen Estola in uilla que uocitant Ualde Aliso solares, populatos uel pro populare et eras, ortos, uineas laboratas uel inlabo-

ratas terras domitas uel indomitas, petras mouiles uel inmouiles, arbores fructuosas uel infructuosas, fontes, montes, aquaductos, riuis, pascuis, cessum uel regressum, quantum ibi potueritis inuenire ex integro tibi concedo; et alia hereditate que habeo in Quintanas de mea comparatione de parte de Dominico Petrez sicut superius diximus de illa alia hereditate sic dono ab omni integritate et cum suas deuisas integras. Dono atque concedo tibi in honore arrarum sicut superius resonat ita ut de hodie die uel tempore de meo iure sit abstersa et in tuo iure atque dominio sit tradita atque confirmata habeas, teneas, iurifices, uendas, dones, et facias inde quid tibi adstiterit uolumptas, sic facias cuncta per secula amen. Siquis tamen aliquis homo contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenero minime credo propinquis extraneis subditus uel prelatus quisquis fuerint qui talia uoce comiserit et scriptura ista infringere uoluerit et nos otorigare noluerimus quomodo pariet tam ipse qui uestra uoce pulsauerit aut nos si otorigare noluerimus ipsa hereditate duplata uel triplata et quantum ad uobis fuerit meliorata in simile tale locum et in cauto M solidos de argento et aparte regis auri talenta bis. Facta kartula arrarum notum die quod erit III. feria V. kalendas Aprelis in Era M.ª C.XLII. Regnante Anifunsus rex in Toleto et in regno patri sui in Legione. Sub Dei gracia Petrus episcopus in Sancta Maria sedis legionense. Comes Martinus in Aquilare. Michael Anifunsus maior dominus in Legione et in Ceia. Nam et ego Iohan Brauollez in hac kartula arrarum manu mea roboraui et signum ✠ feci. Qui ibi fuerunt ad confirmandos. Pelagius episcopus ouetanense conf. Petrus episcopus legionense conf. Pelagius episcopus astoronicense conf. Commes Martinus conf. ✠ Commes Froila conf. ✠ Commes Fredinandus conf. ✠ Petro Ennegez conf. ✠ Aluaro Goncaluez cof. ✠ Goncaluo Didaz conf. ✠ Cite hic testis. Vellite hic testis. Dominico ic testis. ✠ Ciprianus notuit.

29—P.

Letra visigoda, 0,32×0,19.

LII

Carta de venta de una heredad en Villamontán, otorgada por Doña Sol Velázquez en favor de Domingo Sesgutez y su mujer Elvira Rodriguez.

6 Mayo. A. 1105.

XPS. In Dei nomine. Ego Sol Uelasquez ad uobis Dominico Sesguteç et coniunge uestra Geloira Rodrigez, in domino Deo eterno salutem amen. Placuit michi atquam conuenit, nullis quoque gentis inperio nec suadentis articulo, neque per uinum neque perturbatum sensum, set propria michi accessit uolumptas, ut faciam ad uobis kartula uendicionis de mea hereditate propria que habeo de mea ganancia de parte de meas arras in teritorio Sollanço iusta riuis Eslonza in uilla que uocitant Uilla Montan, solares populatos uel pro populare, terras domitas uel indomitas, uineas laboratas uel inlaboratas, arbores fructuosas uel infructuosas, petras mouiles uel inmouiles, aqua ductos, riuis, molinariis, fontes, montes, pratis, pascuis, eras, exitus ab omni integrita, cessum uel regressum ubicumque potueritis inuenire ex integro uobis concedimus. Damus atque concedimus ego Sol Uelaskeç et filio meo Pelaio Petreç ad uobis Dominico Sesguteç et coniunge uestra Geloira Rodrigez proque accepimus de uobis in precio CC.^{os} L.^{a} solidos quantum a nobis et a uobis bene complacuit, et de ipso precio aput uos non remansit prodare in debitum set aput nos est completum. Ita ut de hodie die uel tempore de nostro iure sit abstersa et in uestro iure atque dominio sit tradita atque confirmata habeatis, teneatis, iurificetis, uendicetis, donetis et quicquid uobis adstiterit uolumptas sic faciatis cuncta per secula amen. Siquis tamen contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus minime credo, propinquis, extraneis, subditis, uel prelatis, quisquis fuerit qui talia uoce

commiserit, et nos otorigare noluerimus, quomodo pariet tam ipse qui uestra uoce pulsauerit uel nos, si otorigare noluerimus, ipsa hereditate duplata uel triplata et quantum ad uobis fuerit meliorata in simile tale locum, et in cautu Mile solidos de argento et aparte regis auri talenta bis. Facta kartula uendicionis notum die quod erit VI feria II nonas Maii in Era I^{a}C.^{a}XLIII. Regnante Anifunsus rex in Toleto et in regno patri sui in Legione. Sub Dei gracia Petrus episcopus in Sancta Maria sedis legionense. Commes Martinus in Aquilare. Michael Anifunsus maior dominus in Legione et in Ceia. Nam et nos iam nominati Sol Uelaskeç et Pelaio Petreç in hac kartula uendicionis manus nostras roborabimus et signos ✠✠ fecimus. Qui ibi fuerunt ad con firmandos. Sub Dei gratia Petrus episcopus legionense conf. ✠ Sub Cristi nomine Pelagius episcopus ouetanense conf. ✠ Sub Dei pietas Pelagius episcopus astoricense conf. ✠ Commes Martinus conf. ✠ Comes Froila conf. ✠ Commes Ricus conf. ✠ Petro Pelaiz conf. ✠ Aluaro Gonzaluez conf. ✠ Petro Didez conf. ✠ Cite ts. ts. ✠ Vellite ts. ts. ✠ Dominico ts. ts. ✠ Ciprianus notuit.

30—P.

Letra visigótica minúscula de transición 0,36×0,22.

LIII

Donación de una heredad en Castro Froila, hecha al monasterio de Eslonza por Cipriano Vitas y sus hermanos.

20 Setiembre. A. 1105.

XPS. In nomine altissimi genitoris filiique sui mundi redemptoris ac Spiritu Sancti consolatoris cuius imperium permanet per cuncta secula amen. Ego Ciprianus Uitas et fratres mei Petrus Uitas et Pelagius Uitas et Chete Uitas facimus kartulam de nostra propria here-

ditate que abemus de patre nostro Uita Uesca a uobis abbate domno Petro et monachis sancti Petri Elisoncie pro animabus nostris et pro anima patris nostri et ipsa hereditate iacet interritorio de Castro Froyla in loco que dicittur sancti Georgii inter duos riuulos Ceia et Aradue ista hereditate damus et concedimus uobis quantum nobis pertinet interris uineis pascuis arboribus quantum ibi potueritis inuenire tam indomito quam etiam inbrauo ut abeatis possideatis uendatis donetis faciatis de illa quic quid uolueritis ita ut de hodie die de nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita. Si quis hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit tam ex nostris quam alienis quis quis ille fuerit qui talia comiserit sit excomunicatus et cum Juda traditore dampnatus et aparte qui uoci uestre pulsauerit exsoluat triginta morabetinos et ipsa hereditate duplata intali uel insimile loco et hunc factum nostrum firmum habeat roborem. Facta kartula donationis die quod erit VI[a] feria XII.[cimo] kalendas Octobris. Era. M[a]C[a]XXXX[a]III[a] Regnante rege Adefonso cum regina Berengaria in Toleto Castella et Legione. Maiorino regis Anaa Roderiquiz. Maiordomus aule regie Pontius consul. Episcopus Johannis in sede sancte Marie. Ego igitur Ciprianus Uitas et fratres mei Petrus Uitas et Pelagius Uitas et Cete Uitas in hac kartula donationis quam fieri iussimus et relegendo audiuimus manus proprias rouorauimus et signum fecimus. ✠

Qui presentes fuerunt de Golpellones. Dominico Vitas conf. Citi Donez conf Isidorus conf. De Val de Junco. Pelagius Michaelis conf. Johannes Michaelis conf. Johannes Petriz conf. Citi ts. Vellidi ts. Dominico ts. Fernandus notuit. ✠

31—P

Letra francesa, 0,43×0,19.

LIV

Venta de una heredad en Castrillo, otorgada por Eulalia Juanes en favor de Pedro Domínguez y su mujer.

8 Mayo. A. 1113.

XPS. In Dei nomine. Ego Eulalia Johannes facio tibi Petro Dominiquiz et uxor tua Maria Dominiquiz kartula uendicionis in Domino Deo salutem amen. Placuit michi prompto animo et expontanea uolumptate ut uindeo ego Eulalia Johannes a tibi Petro Dominiquiz et uxor tua Maria Dominiquiz una terra qui est ex mea hereditate de patre meo ipsa terra est in territorio leonensis iuxta flumine Porma in uilla que dicitur Castrello in loco predicto ela terra de la senra de primo termino de Pelaio Fernandiz de II.ª pars terre uinnas de deganna de III.ª pars terre de Maria Martiniz per suis terminis uendo ego ad uos quod accepi de uos in precio VIII.º solidos de argento tantum que michi et uobis bene complacuit ita ut de odie die uel tempore sit illa terra de meo iure abrasa et in uestro iure confirmata et si aliquis homo uenerit tam per me quam per alios homines et scriptura ista temptauerit pariet tibi Petro Dominiquiz XXX.ª solidos de argento et illa terra duplata et a parte regis qui iudicat de auri libras tres. Facta kartula uendicionis notum die VIII idus Madii Era M.ªC.ªL.ªI.ª Regnante regina Urraka in regno patris sui. Didacus episcopus in sede sancta Maria. Roderigo Didaz tenente illa uilla Castrello. Et ego Eulalia Johannes et iermanus meus Petro et Dominico in hanc kartula uendicionis manus nostras roborauinus et signum fecimus ✠. Qui presentes fuerunt Petro ts. Dominico ts. Johanes ts De homines bonos confirmantes. Fernando Dominiquiz confirma. Fernando Martiniz conf. Dominico Saluadoriz conf. Citi Saluatoriz conf. Pelagius notuit. ✠

32—P.

Letra francesa, 0,65×0,8.

LV

Carta de venta de varias heredades en Villacidón, otorgada por Diego Fernández en favor de Juan Eulaliz.

29 Abril. A. 1119.

XPS. In Dei nomine. Ego Didacus Fernandiz pariter cum filiis meis nominatis Sancio, Munio, Maiore et Sancia, uobis Johanes Eulaliz facio kartam uendicionis in Domino Deo id est in eterna salute amen. Placuit mihi atque conuenit quod uenderem uobis sicut et uendidi meam hereditatem quam habeo in Ualle Sabuco iu loco nominato Uilla Cidon exincartacione domine mee Infantis Giloire et ex mea comparacione, scilicet XIIII. terras et duos solares cum suo orto et cum sua parte de area et cum exitu et ingressu et III.es uineas, prima terra de illo montezelo iacet determinata, de una parte terra de Dominico Spasandiz et de alia, terra iudeorum, que fuit de Sancto Cosme, et de tercia parte uia que discurrit ad illu montem, et II.a terra iacet iuxta carreira de uinadeiros de semedeiro ad uisum inter terras de Johane Micaeliz et de Petro Didaz, et III.a terra de Uinea mala iacet iuxta carreira que discurrit ad Castrelo et de alia parte carreira de Mazeleiros et de tercia parte terra de Petro Arnaldo et IIII.a terra iacet partita in carreira de Mazeleiros inter terras de Martino Michaeliz et de Pedro Arnaldo et de illos condes, et V.a terra iacet iuxta carreira que discurrit ad Maria Alba, et de alia parte carreira que discurrit ad Mazeleiros, et de tercia parte terra de sancto Petro, et VI.a terra que fuit de Micahel Fernandiz iacet inter terras de Donimico Spasandiz et de Uelidi Cidiz, et VII.a terra iacet ad uineam de Ansarino iuxta carreira que discurrit ad Alixa et iuxta terras de Petro Didaz, et VIII.a terra iacet iuxta carreira que discurrit ad Uilla Torel inter terras de Ordonio Fernandiz et de sancta Maria, et VIIII.a

terra de illo prato iacet iuxta calzada que discurrit ad Marin inter prados de sancta Maria et de Petro Arnaldo, et X.ª terra que uocitant de Sancto Cristoforo iacet inter terras de me Didaco Fernadiz et de Fiducial iudeo et de Petro Didaz, et XI.ª terra ad illo refoio de una parte carreira que ducit ad Toldanos et de alia parte semedeiro que discurrit ad Lombana, et XII.ª terra que fuit orto iacet ad pratum inter terras de me Didaco Fernandiz et de sancto Iohane, et XIII, terra a Bustellos iacet determinata de prima parte terra de Petro Didaz et de secunda terra de Sancto Cosme et de tercia parte terras de homines de Ual de la Fonte, et XIIII.ª terra uocatur Quintana et iacet determinata de una parte solares et terras de Infante donna Vrraka et de altera parte terra de Iohane Micaheliz et duos solares de duabus partibus infra istos terminos determinatos et de tercia parte corte de Micahel Cidiz et de Petro Pinioliz, et totam partem quam tam habeo in area de Palacio, et una uinea ad uia Cisterna, et est determinata de I.ª parte carreira que discurrit ad Ual de la Fonte, et de II.ª parte uinea de Petro Torto, et altera uinea que uocatur Uinea mala, et est sic determinata de tres partes uineas de Uelidi Cidiz et de quarta parte uinea regis. Istos solares cum omnibus rebus sibi pertinentibus et istas terras et istas uineas sic determinatas uobis uendidi pro precio diffinito CCC solidos monete de tercia parte et totum precium mihi persoluistis. Siquis ego de propinquis meis uel de extraneis uobis istam hereditatem inquietauerit aut a uobis aliquo ingenio auferre uoluerit, duplet uobis quantum inquietauerit in simile uel meliori loco insuper persoluat ad partem regis XXX marcas argenti, et pro temerario ausu maledicatur excomunicetur et ab ecclesia et a fidelibus sequestratus nisi penituerit cum Iuda Domini traditore et cum ceteris dampnatis atque dampnandis pereat in eternum, postremo hec scriptura mee uendicionis firma uobis et illibata permaneat in sempiternum. Facta karta uendicionis III. kalendas Maii in Era M.ªC.ªL.ªVII.ª Regnante regina domina Vrraka cum filio suo in Ispanie regno. Domno Didaco Legionensium. Pelagio Ouetensium. Item Pelagio Astoricensium episcopis existentibus. Ego Didacus Fernandiz pariter cum filiis meis su-

perius nominatis hanc kartam quam fieri iussi et dum legeretur audiui uobis Iohani Eulaliz confirmaui et roboraui. ✠ Episcopus Domnus Didacus conf. Didacus Aluitiz conf Ordonius Fernandiz conf. Petro Pinioliz conf. Petro Arnaldo conf. Velidi Cidiz conf. Dominico Spasandiz conf. Martino Spasandiz conf. Martino Micaheliz conf. Qui presentes fuerunt. Petrus testis. Iohanes testis. Cidi testis. ✠ Arias notuit.

33—P.

Letra francesa, 0,46×0,25.

LVI

Venta de una heredad en la villa de Barrio, otorgada por Elvira Salvadorez en favor de Dia Domínguez y de su mujer.

A. 1122.

XPS. Sub trinus et imparabilibus unus Deus Deorum et domina dominancium qui creauit celos, funda terra fecit, mare simulque condidit, omnia simulque Spiritus Sanctus in nobis. Ego Eluira Saluadoris a tibi Dia Domengez et uxor tua Eluira Aluariz facio tibi kartula uendicionis adque incartacionis de mea propria ereditate quem abeo de parentorum meorum, et accipio de te in precio cento solidos de argento, quanto michi et tibi bene complacuit, et de illo precio nichil remansit pro dare sed conplitum est. Ego Eluira Saluatoris eriauit mulier de Dia Domengez et mermauit illa de mea ereditate medietate et altera medietate donauit nobis pro meo precio quod in an cartula resonat et ipsa ereditate habeas, teneas, facias, quicquid uolunptas tua fuerit tu et filiis tuis, et post mortem tuam dones illa ubi uoliueris et ipsa ereditate iacet in locum predictum in uilla que uocitant Barrio inter Uilla Nofar et Uilla Cidaio iusta Estula. Ego Eluira Saluadoris a tibi Dia Domengez facio tibi kartula uendicionis in casas, solares, exitus, in montes, fonte, pratis, pascuis, riuis, aquarum molinis, moli-

naris, rius, canale, tam in brauido, quam in domido, cesum uel regresum ubi potueris inuenire. Ego Eluira facio cartula quodo quod erit III.º calendas ienuarias. Regnante rex Adefonsus in Legione et in Toletula. Sub Dei gratia Arias episcopus sedis in Sancta Maria, e merino in illas torres comes Rui Martinez. Et si aliquis homo contra han cartulam ad disrumpendum uenerit in primis sedeat excomunicatus et anatematizatus e pectet CCC.tos solidos de argento a parte regis. Era IªCªLX. Qui preses et testes hic fuerunt: Dominico, testis, Cide testis, Uelide testis. Et confirmadores: Martin Domengez, confirmat, Concaluo Alfonso conf. Vermul Uelaz, conf. ✠ Pelagio qui notuit.

34—P.

Letra francesa, 0,45×0,20.

LVII

Donación de una heredad en Villa Argento, otorgada por Domingo y Pedro Ciprianiz en favor de este monasterio.

4 Mayo. A. 1128.

XPS. In Dei omnipotentis nominæ in cuius honore fundatum est monasterium sub nomine eximium apostolorum Petri et Pauli in Elisoncia. Nos famuli uestri Dominico Ciprianiz et germanus meus Petro Ciprianiz pro remedio animarum nostrarum, non per uim neque per metum alicuius, sed propria nostra uoluntate, grato animo, facimus kartulam ad supradicto monasterio Sanctorum Petri et Pauli et abbate domno Pelagio, de hereditate nostra propria quæ habemus de auiis et parentibus nostris, damus illa hereditate Deo et Sancto Petro et uobis abbate iam supradicto fratribusque uobiscum degentibus et aliis post uentibus, ut habeatis et possideatis et uestram uoluntatem inde faciatis. Est autem ipsa hereditas in territorio Legionensi discurrente riuulo Porma in uilla que uocitant Uilla Argento quantum nos ibi abe-

mus uel habere debemus in cortes, in solares, in ortis, et in exitibus suis, cessum uel regressum, tam in brauo quam in domito totum damus uobis et concedimus, ita ut ab hodierno die uel temporæ de nostro iuro sit abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata. Et si aliquis ex nobis uoluerit eam populare cum grato et seruicio de manu uestra faciat. Si quis haliquis homo contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit sit ille maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore habeat in inferno inferiori et hunc factum nostrum habeat perpetuam firmitatem. Facta kartula donacionis sub die quod est IIII° nonas Maii. Era IªCªLXªVI.ª Regnante rex Adefonso in Toleto et in Legione cuna cum regina Berengaria. Didacus æpiscopus in sede Sancta Maria Legionensis. Maiordominus aulæ regie Roderigo Uermudiz. Maiorino regis in Legione Ysidro Nabzanez. Ego Dominico Ciprianiz et ego Petro Ciprianez in hac kartula quam fieri mandauimus manus nostras roborauimus et signum fecimus. ✠ Petro Didaz confirmat. Rodrigo Uermudiz conf. Guterre Stefanez conf. Joan Petriz conf. Joan testis. Cidi ts. Vellidi ts. Petrus notuit.

35—P.

Letra francesa, 0,46×0,15.

LVIII

Venta de una aranzada de viña en Pozuelos de San Adrián, otorgada por Domingo Juanes en favor de Alfonso Bermúdez.

8 Marzo. A. 1129.

XPS. In Dei nomine. Ego Dominico Iohannes et uxor mea Dominga Dominiquiz et filios nostros uobis Alfonso Uermudiz et uxor uestra Urraka Raimundo in Domino nostro Ihesu Christo perpetuam salutem amen. Placuit nobis atque conuenit, nullius cogentis imperio nec suadentis artículo, sed propria nobis accessit uoluntas, ut facere-

mus uobis Alfonso Uermudiz et uxor uestra Urraka Raimundo, sicuti et facimus, kartam uenditionis de una arenzada de uinea quam habemus in territorio Legionensis in Villella pernominata, et est iuxta Toldanos in loco predicto in Pozolos de Sancto Adriano et habemus ibi illa uinea de postura quæ posuerunt nostros parentes, determinata per suis terminis de prima et de secunda et de tercia parte uinea de Sancto Adriano, de IIII[a] parte uinea de Saluator Uellitiz de Naues, damus et concedimus uobis eam propter precium definitum XVII solidos de dinarios de medietate quæ nobis et uobis optime placuit et in nostro aluaroco panem et uinum sicut mos est predicte urbis. Damus uobis eam tali tenore ut de hodie die et tempore sit de iuri nostro abrasa uestroque dominio sit tradita atque confirmata. Quod si aliquis homo tam nos quam de propinquis nostris uel etiam ex extraneis quisquis fuerit qui talia comiserit et hunc factum nostrum infringere uoluerit pariat uobis ipsam uineam duplatam uel triplatam in simili tali loco melioratam et ad partem regis uel qui uoci uestre pulsauerit C.[m] solidos exoluat et insuper uox eius pro nichilo reputetur. Facta carta uenditionis sub Era I[a]C[a]LXVII[a] et quod VIII.[o] idus Marcii. Regnante rege domino Adefonso in Legione et in Toleto et in Yspania. Didacus episcopus in sede Sancte Marie Legionensis. Villicus regis in Legione Ysidorus Nepzaniz. Tenente illas turres comite domino Roderico Martiniz. Sub Christi nomini ego Domingo Iohannes et uxor mea Dominga Dominiquiz uobis Alfonso Uermudiz et uxor uestra Urraka Raimundo hanc kartam uenditionis quam fieri iussimus et legentem audiuimus manibus nostris roboramus et signum facimus. ✠ Ysidorus Nepzaniz confirmat. Pelagius Nepzaniz conf. Fernando Muniz conf. Pelagius Muniz conf. Petrus Moniz conf. Martinus Moniz conf. Ciprianus Moniz conf. Guter Moniz conf. Rodericus Gondisaluiz conf. Pelagius Pinioliz conf. Petro Arnaldo conf. Rabinado Nuniz conf. Qui presentes fuerunt: Citi testis. Velliti ts. Dominicus ts. Gondisalvvs notuit. ✠

36—P.

Letra francesa, 0,48×0,15. Hay otro ejemplar de este mismo documento.

LIX

Donación del monasterio de San Juan de Verbio, hecha al de Eslonza por Pedro Díaz y su mujer María Ordóñez.

13 Julio. A. 1129.

XPS. In Dei omnipotentis nomine cuncta regentis et omnia disponentis, hæc est cartula quam facio ego Petro Didaz et uxor mea Maria Ordoniz uobis abbati domno Pelagio et æcclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli uallis Elisonze cunctisque monachis tam presentibus quam futuris ibidem Deo seruientibus de hereditate uel monasterio Sancti Iohanis de Uirbiu in Asturias in Piaronia quod fuit de auiis et parentibus meis et perdiderunt eum aut sponte aut inuiti et deuenit in manu et potestate infantis domne Urrache Fredenandi regis et Sanctiæ regine filia et concessit eum suprafate ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli et possedit eum toto tempore uite gloriossissimi regis Adefonsi. Post cuius obitum ego supradictus Petrus Didazi iussu et instinctu mei animi quia nullus fuit qui prohiberet intraui eum et possedi retinui et iuri meo subdidi. Nunc uero ad me ipsum reuersus me non bene egisse cognoscens eum ame separo et Deo et sanctis eius apostolis offero cum cunctis hereditatibus et possessionibus quas habuit ea die qua rex obiit uel qua die ego eum temerarie intraui. Offero eum et concedo eum rebus adquisitis et adquirendis cum seruis et ancillis et cum omnibus ad se pertinentibus. Siquis autem extraneorum seu propinquorum meorum filius aut nepos uel alius aliquis contra hunc factum nostrum uenerit et eum infringere conauerit Dei omnipotentis iram incurrat et maledictione perpetua non careat, penas Iude proditoris sustineat et bona Iherusalem numquam uideat et quantum aufferre uoluerit in duplo recomponat et aparte regis C. libras aureas persoluat et hunc factum nostrum ratum

et firmum permaneat. Facta cartula testamenti III idus Iulii Era I.ª C.ª LX.ª VII.ª Regnante rege Adefonso una cum Berengaria regina in Toleto et in Legione. Didacus episcopus in sede Sanctæ Marie legionensis. Pelagius episcopus ouetensis. Maior domus aule regie Rodrico Uermutiz.

Ego Petro Didaz una cum uxore mea Maria Ordoniz et cum filiis meis in hanc cartulam manum posuimus et roborauimus et signum fecimus. ✠ Comes Suarius Uermutis conf. Comes Rodrico Martinis conf. Gonzaluo Pelais conf. Petro Didas conf. Petro Braolis conf. Rodrico Gonzaluis conf. Fernando Gutierres conf. Suarius Ordonis conf. Garcia Sanzis conf. Pelagio Rodriguiz conf. Petro ts. Dominico ts. Iohanes ts.

Tali pacto facimus ego Petro Didaz et uxor mea Maria Ordonis hoc testamentum ut in tota nostra uita semper habeamus illum monasterium integrum et post mortem nostram reuertatur ad sanctum Petrum. Pelagius notuit.

37—P.

Letra francesa, 0,46×0,15.

LX

Venta de una heredad en villa Bercianos, otorgada por Botet y su mujer Marina en favor de Pedro Díaz y la suya.

17 Julio. A. 1129.

XPS. In Dei omnipotentis nomine. Ego Boteth et uxor mea Marina Antoliniz uobis Petro Didaz et uxori uestræ Christina Gonzaluiz in Domino Deo eternam salutem amen. Placuit nobis atque conuenit, nullius coegentis imperio nec suadentis articulo, sed propria nostra uoluntate nobis accessit, ut uinderemus uobis iam supra dictis Petro Didaz et uxori uestre Cristina Gonzaluiz hereditatem nostram quam

habemus in territorio sancti Facundi super flumen uocitatum Ceia in uilla pernominata Berzianos, ipsa hereditas que fuit de Comite Fernando Fernandiz et dedit eam mihi Boteto per cartam ipse pariter et infans domna Geloira, hanc hereditatem uendo ego iam dicto Boteth uobis Petro Didazi et uxori uestre iam supra nominata totam ab integro quantam ego habeo uel ibi habere debeo domitum et indomitum, cesum uel regressum, solares populatos et ad populandum aptos, terras, uineas, ortos, pratis, pascuis, montibus, fontibus, exitus et omnibus ad illam hereditatem pertinentibus, ubi eam potueritis inuenire, excepto illo solare de Annaia Aluariz cum suo muratal et cum suo corral que fecerunt ubi fuit illo muratal et alio solare quem dedi ego Boteth ad Iohannes Petriz cum sua era et cum suo muratal, istos duos solares foras inde iactamus, totam uero aliam uobis uendimus ab integro ut abeatis posideatis uendatis et faciatis que uolueritis. Pro qua hereditate accepimus de uobis in precio CC^{os} solidos regie monete precium placabile quod nobis et uobis placuit; et de ipso precio apud uos nichil remansit sed totum complestis ita ut ipsa hereditas ab hodierno die a nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita atque confirmata. Siquis autem aliquis homo tam de propinquis quam de extraneis nostris contra hunc scriptum nostrum ad infringendum uenerit uel uenerimus quisquis fuerit sit maledictus et excomunicatus et a Christi corpore separatus et cum Juda Domini traditore sit in inferno damnatus in perpetuum has paciatur penas cum Datham et Abiron iu æterna dampnacione amen et quantum de ista hereditate retemtauerit duplatum in meliori loco recomponat et a parte regis C. libras auri persoluat et hunc factum nostrum firmum permaneat euo perheni et secula cuncta. Facta cartula uendicionis XVI kalendas Augusti Era T.^{a}C.^{a}LX.VII.^{a} Regnante rege Adefonso una cum Berenkaria regina in Toleto et in Legione. Didacus episcopus in sede sancte Mariæ Legionensis. Maiordomus aulæ regiæ Rodrico Uermutiz. Armiger regis Petro Alfonsi. Ego Boteth et uxor mea Marina Antotoliniz hanc cartulam uendicionis quam facere mandauimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus ✠ et in roboratione a uobis

unas cirotegas idest luuas accepimus. Bernardus abbas sancti Facundi conf. Comes Suarius Uermutiz conf. Comes Rodrico Martiniz conf. Comes Citiz conf. Annaia Rodriquiz conf. Dominico testis. Johanes ts. Citi ts. Pelagius notuit. ✠

38—P.

Letra francesa, 0,53×0,17.

LXI

Carta de permuta de unas tierras, otorgada de una parte por Juan Olaliz y de otra el abad de este monasterio.

7 Agosto. A. 1129.

XPS. In Dei omnipotentis nomine cuncta regentis et omnia gubernantis. Hæc est cartula concambiacionis quam facio ego Iohannes Olaliz uobis abbati domno Pelagio sancti Petri Elisonzie et omnibus monachis uobiscum regulariter uiuentibus et uxor mea Geloira Uermutiz de hereditate mea propria quam habeo in territorio Legionensi in uilla quæ uocitant Ualle de Sabuco in Uilla Cidon quam habui de comparacione mea legitima et fuit ipsa hereditate de Didaco Fernandi et uendidit eam mihi precio CCC.^{orum} solidorum regie monete. Hanc hereditatem do ego iam supra dictus Iohanes Olaliz et uxor mea Geloira Uermutiz uobis supra fato abbati domno Pelagio et omnibus monachis sanctorum Petri et Pauli Elisonzie totam ab integro quantum ibi habeo uel habere debeo tam domitum quam etiam indomitum montibus fontibus pascuis pratibus exitibus terras uineas solares cesum uel regressum totum ab integro uobis dono cum suo pane et uino et III.^{es} boues cum suo loramine ut habeatis et possideatis per omnia secula. Istam hereditatem uobis damus et accepimus a uobis aliam inconcambiacione, uidelicet hereditatem bonam quæ nobis beneplacuit, in ualle de Onzina in uilla nominata Uenemarias, cum omnibus ad se pertinen-

tibus; hanc concanbiacionem fecimus in presentia Domni Didazi episcopi Legionensis et in presentia bonorum uirorum tam clericorum quam laicorum. Siquis contra hunc nostrum factum tam propinquus quam extraneus ad infringendum uenerit ueniat super eum ira Dei et ruphea celi, incurrat penas inferni, nou uideat bona Iherusalem et quantum inquietauerit tantum in meliori loco duplatum recomponat et a parte regis III.es libras aureas persoluat et hunc factum nostrum firmum permaneat. Facta cartula conmutacionis VII. idus Augusti Era T.aC.aLX.VII.a Regnante rege Adefonso in Toleto et Legione una cum Berenkella regina. Didacus episcopus in sede Sancte Marie Legionensis. Maior domus aule regie Rodrico Uermutiz. Maiorino in Legione, Albertino. Armiger regis Petro Alfonso. Comes Rodrico Martiniz tenente illas turres. Ego Iohanes Olaliz una cum uxore mea Geloira Uermutiz in hanc cartulam concambiacionis quam fecimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus. ✠ Comes Suarius Uermutiz conf. Comes Rodrico Martiniz conf. Petro Didaz conf. Rodrico Gonzaluiz conf. Infans Domna Sancia Remondi conf. Dominico testis. Iohanes testis. Citi testis. Petrus abbas notuit.

39—P.

Letra francesa, 0,51×0,17.

LXII

Carta de venta de un solar con su heredad en la villa de Quintana, otorgada por Pedro Vincentiz en favor de Pedro Cidiz.

15 Noviembre. A. 1129.

XPS. In Dei nomine. Ego Petro Uincentiz facio kartula uendicionis ad uobis Petro Cidez in domino Deo eterne salutem amen. Placuit nobis promptos animos et expontaneas uoluntates, nullus pertimentes metum nec suadentis articulo, sed propria nostra integra uoluntate, ut faceremus ego Petro Uincentiç kartula uendicionis ad uobis Petro

Cideç de uno solare con sua hereditate nostra propria que habemu; de parentorum nostrorum in territorio Legionensis iusta flumen Porma in uilla que uocitant Quintana ipso solare con sua hereditate in terras in uineas in pradis in riuis in soto in mulnera in montis in pascuis et in totum cessum uel regressum et con sua diuisa quantum ibi habuerit do atque concedo, et pro quo accepit de uobis in precium una egua et uno asino in precium de XL.ª solidos de argento, et de precium non remansit in debitum sed ita conplitum est, ita ut de hodie die uel tenpore, isto que in kartula est taxata de iuri nostro sedeat abrasa et in dominio uestro tradita atque confirmata cuncta per secula amen. Siquis tamen qui contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit tam per me Pedro Uincentiç aut per filiis meis aut per generacione mea uel de extraneis quis quis ille fuerit qui talia uoce comiserit, et in concilio autorgare non uoluerimus, quomodo pariemus a uobis Petro Cideç aut qui uoce uestra pulsauerit L.ª solidos de argento et ipso solare con sua hereditate duplato in simile tale locis et uos in perpetuum habituro. Facta kartula uendicionis notum die quod erit X°VII.° kalendas Decembris era M.ªC.ªLªXªVII.ª Regnante rex Adefonsus in Legione. Sub Dei gratia Didagus episcopus in sancta Maria sedis. Comite Roderigo Martinez tenente illas torres. Et ego Petro Uincentiç in hanc kartula uendicionis manus nostras roborauimus et ✠ fecimus. Cidi hic testis. Velidi hic testis. Dominigo hic testis. Et de homines bonos confirmantes. Petro Martinez de Uilla Burgala conf. Petro Cideç de Uilla Emer conf. Dominigo Alfonso conf. Et unas fero peias in roboracione de illa karta. Petrus notuit. ✠

40—P.

Letra francesa, 0,40×0,17.

LXIII

Donación de la iglesia de Santa Eugenia, otorgada por Gontrodo y su marido Rodrigo Vermúdez en favor del monasterio de Eslonza.

29 Octubre. A. 1134.

XPS. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Ego Gontrodo peccatrix una cum uiro meo Roderico Uermudez timens dominica precepta que quondam per Spiritum sanctum monuerat dicens: Nolite sperare in iniquitate et rapinas nolite concupiscere et non concupisces rem proximi tui. Pro monasterio sancti Adriani quod in ceperam cenobio sancti Petri Helizoncie et sub iure et potestate mea multo tempore iniuste tenui et eiusdem monasterii res et diuicias diripui, nullo michi proibente, offero predicto monasterio sancti Petri Helizoncie una cum ipso monasterio Balneariorum quod est situm in territorio de Buennar quamdam ecclesiam quam uocitant Sanctam Eugeniam que est iuxta fluuium Porma cum suo cimiterio et cum uno solare et uno orto et uno prato et cum primiciis et decimis sibi pertinentibus tali pacto ut in perpetuum eidem Sancti Adriani monasterio seruiat. Si quis uero contra hanc donacionis mee kartulam demens factus ad disrumpendum uenerit, cuius cumque dignitatis fuerit, tam meorum quam extraneorum, in primis sit maledictus et excomunicatus cum Iuda Scariote traditore Domini et cum Datan et Abiron eum uiuum absorbeat terra et cum reprobis omnibus mittatur in inferno inferiori, careatque utroque lumine oculorum et in paradiso nequaquam intueatur faciem Dei cum ceteris sanctis. Insuper ad partem regis uel qui eiusdem ecclesie uocem pulsauerit pectet mille morabetinos. Facta kartula sub Era M.ªC.ªLXX.ªII. Quodum IIII kalendas Nouembris. Regnante Adefonso imperatore in Toleto in Legione et in Gallecia. Maiordomo eiusdem Imperatoris existente Didaco Muniz. Alfierez Urgelo comite. Se-

dem legionensem Petro episcopo regente. Ego Gontrodo una cum uiro meo Roderico Vermudez quod fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus et signum roboracionis facimus. Gomez Pelaez conf. Petro Pelaez conf. Rui Pelaez conf. Michael Cidiz conf. Iouan Pedres conf. Michael Iohanes conf. Iohane testis. Pelaez testis. Petrus testis. Pelaez notauit et dictauit. ✠

41—P.

Letra francesa 0,35×0,15. Hay otro ejemplar.

LXIV

Carta de permuta de unas tierras en Val Pexenim por un huerto en Villa Burgala.

1 Enero. A. 1137.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Hæc est kartula concanbiacionis quam facio ego Maria Domenquiz una pariter cum filiis meis pernominatis Stephano Domenquiz, Michael Domenquiz et Marina Domenquiz facimus kartula concanbiacionis de illo orto de Uilla Burgala, et habuimus ipso orto de nostra postura, concanbiamus illum cum uobis Pelagius abba uel collegio monachorum Sancti Petri que ibi sunt commoranti uel aduenituri. De ipso orto damus nobis ad uobis illa nostra medietate que nobis contingit ab integro pro quod accepimus de uobis una terra que iacet in Ual Pexennin per cunctis terminis suis ab integro, per I° termino per illa karrera que discurrit a Uilla Sauarigo, et per II° termino per illo prado, et per III° termino per illa hereditate de Uilla Offanne, causa que nobis et uobis bene conplacuit. Si quis autem contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit quisquis ille fuerit qui talia commiserit in primis sedeat excomunicatus et cum Iuda traditore lugeat penas in inferno inferiore

amen. Facta kartula concambiacionis notum die quod erit sabbatum ipsas kalendas Ianuarii. Era I^{a}C^{a}LXX^{a}V.^{a} Regnante rege Adefonso una cum Berengaria regina in Legione et in Toleto. Petrus episcopus in sede Sancte Marie. Comes Rodericus in illas Turres. Maiorino in Legione Fernando Gutierriz. Ego Maria Domenquiz una pariter cum filiis meis iam supranominatis in hac kartula concanbiacionis manus nostras roborauimus et signum ✠ fecimus. Et ego Pelagius abba una cum collegio monachorum in hac kartula manus nostras roborauimus et signum. ✠ Rodrico Uermutiz confirmat. Martino Didaz conf. Martin Alluariz conf. Dominico testis Vellito ts. Citi ts. Petrus notuit.

42—P.

Letra francesa, 0,42×0,9.

LXV

Donación de una heredad en Boniar, hecha por Juan García y su mujer, á S. Adrián.

28 Diciembre. A. 1140.

XPS. In Dei nomine. Ego Iohanes Garciaz et uxor mea Maria una cum filiis meis placuit nobis atque conuenit nullius cogentis imperio nec suadentis articulo sed proprias nostras uoluntates accessit ut faceremus kartulam donationis a sancto Adriano de nostra hereditate propria que habemus de parentum nostrorum in loco predicto in territorio Boniar iuxta flumine Porma in uillas que uocitant Uillella et la Presa et Nocedo quantum inter meos iermanos contingit in solares in exitos in aquaductis in pasquis in pratis in molinarias in montibus in fontis in totas fructuarias cessum atque regressum ubi potueritis inuenire quantum me contingit uobis concedimus et confirmamus istam hereditatem cum totas suas diuisas uadat ipsa hereditate ab integro sicut iam supradiximus ad sanctum Adrianum usque in perpetuum.

Et si aliquis homo istum factum nostrum ad inrumpendum uenerit aut iuditium pulsauerit inprimis sedeat excomunicatus et maledictus et cum Juda Domini traditore sedeat dampnatus. Fat fiat. Facta kartula donationis uel confirmationis die quod erit III.ª feria IIII, kalendas Ianuarias. Era M.ªC.ªLXX.ªVIII. Regnante rege Adefonso cum Berengaria regina in Legione et in Toleto. Petrus episcopus in sede sancte Marie. Roderico Martiniz comite in Aguilar. Abbates in sancto Adriano don Feliz et Dominico monaco. Ego Iohanes Garciaz una cum uxore mea et filiis meis in hac kartula manus nostras rouorauimus et signum fe ✠ cimus et si aliquis contra hoc factum nostrum uenerit uel uenerimus duplet ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in simili loco uel in meliore et ad partem eius qui uocem pulsauerit pariat CCC.ˢ solidos. Qui presentes fuerunt Aluar Antoniniz conf. Rodrico Pelaiz conf. Iohanes Petriz conf. Citi ts. Velliti ts. Dominico ts. Iohannes scripsit. ✠

43—P.

Letra francesa, 0,33×0,17.

LXVI

Venta de una heredad en Villa Cidaio, otorgada por Elvira Pérez en favor de Dia Domínguez.

11 Abril. A. 1141.

XPS. Sub trinus et inperabilibus unus Deus Deorum et Dominus dominancium qui creauit celos, fundauit terra, fecit mare, simul condidit omnia simulque. Spiritus Sanctus in uobis. Ego Eluira Petriz una pariter cum filiis meis a tibi Dia Domingez et uxor tua Eluira Aluariz facio kartula uendicionis de propria mea ereditate quem abeo de parentorum meorum facio kartula de solares de ereditate de aramio tam in brauio quam iudomido pratos, uineas, pumares, cerullales, fructuales, fontes, in montes, in exitus, in diuisas, in rius, molinis, molinariis, rius, canales

cessum uel regressum per ubi potueritis inuenire ego Eluira Petriz una pariter cum filiis meis a uobis Dia Domengez et uxor uestra Eluira Aluariz facimus kartula de nostra ereditate et accepimus de uobis in precio V. morabetis sicut uobis et nobis bene complacuit et de illo precio nichil remansit pro dare set conplitum est. Et illa ereditate que uendimus uobis iacet in locum predictum iusta Estula in uilla que uocitant Uila Cidaio. Ego Eluira Petriz a uobis Dia Domenguez facio kartula uendeatis, teneatis, faciatis quiquit uoluntas uestra fuerit, de hodie die uel tempore de nostro iuro abraso in uestro confirmado. Facta cartula uendicionis noto die quod erit III.° idus Abrilis. Era M.ªC.ªLXX.ªVIIII. Regnante rex Adefonsus in Legione et in Tuletula et regina Beringella. Sub Dei gratia Iohanes electus sedet in sancta Maria et merino in illas torres Petro Manga et Comite Radmiro Frolaz. Ego Eluira Petriz una pariter cum filiis meis a uobis Dia Domenguez kartula uendicioni facimus et manus uostras roborabimus. ✠ fecimus Qui preses et testes hic fuerunt. Dominico hic teste. Cide hic teste. Uelide hic teste. Et confirmadores Petro Caro conf. Fernan Braolo conf. Gonzaluo Alfonso conf. Martin Domingez conf. ✠ Pelagio qui notuit. ✠

44—P.

Letra francesa, 0,47×0,17.

LXVII

Donación de unas heredades en la villa de Garfudos y en otros lugares, otorgada por Jimena Vermúdez en favor de este monasterio.

A. 1142.

In nomine Altissimi Genitoris Filiique sui mundi redemptoris ac Spiritus sancti omnium consolatoris cuius imperium permanet per secula cuncta amen. Ego domna Xemena Uermudi preuidens in corde meo nullam pulcritudinem neque honorem secularem hominem nec fe-

minam diuitem facere posse, et diuerse res diuerso modo mutari tempore exiguo, quamuis diu parte sint et in uniuersis in quibus desudatur presens caro in hoc mundo non uocari ueras diuitias sed fallaces cum aliquem felicem non reddant. Itaque ista desursum aduenies animumque meum arripiens et pristina facta recognoscens et totam uitam meam in uano duxisse, nichilque anime mee boni seruans, placuit mihi expropiis facultatibus meis dare in monasterium sancti Petri et Pauli nec non et beate Marie uirginis et aliorum sanctorum quorum mentio iugiter ibi agitur ab ipsis qui Christum magnificant. Ofero igitur pro remedio anime mee et patris et matris atque aliorun parentum in monasterium sancti Petri Elisoncie et abbati Petro et omni conuentui, hereditatem quam habeo de parentibus meis in territorio legionensi in uilla que uocitant Garfudus et in Castro et in Ualleio et in uilla Montant ut ibi deseruiant monachis et peregrinis seu orphanis cum omnibus rebus pertinentibus ad ipsas hereditates tam domitum quam etiam indomitum, cum diuisis suis, pratis, montibus, pascuis, diuisis, fontibus, piscariis molendinis, paludibus, aquarum cesum uel regressum, do et confirmo illas abbati et omnibus monachis ut ipsi habeant me in memoriam sui omnibus diebus uite sue, et post obitum eorum qui superuenerint in monasterio, et cantent trecentas missas proremedio anime mee post mortem meam ac partem habeam in omnibus beneficiis eorum et sancte ecclesie et nullus habeat aliquam illarum in prestamio. Et siquis ausus fuerit in prestamio dare spernens monita mea et cogitauerit sapiens esse inter homines cum stultus factus sit dando aliis tam retinendo sibi, sit maledictus et excomunicatus in generatione et generationem. Si quis contra hunc factum nostrum ad disrrumpendum uenerit tam ex meis proximis quam etiam ex alienis quisquis fuerit qui frangere uoluerit et nos despexerit in primis sit excomunicatus et a parte sumni regis separatus et ad diuinum officium segregatus et a consortio christianorum remotus et cum reprobis dampnatus et cum adulteris collocatus et cum maledictis participium teneat et cum Datham et Abiron habeat partem et cum Simone malefico sustineat penas et cum Iuda Domini traditore luat penas in inferno

inferiori et careat a fronte luminibus amen et reddat triginta libras auri purissimi in monasterio sancti Petri. Quod ego Xemena fatio ut subueniatis michi in omnibus necessitatibus meis in quibus pro posse uestro poteritis, quod si non feceritis meque meumque consilium despexeritis, et mihi ex uestris rebus non acomodati fueris, si ego ad tantam egestatem peruenerim hereditates supra dictas de monasterio auferam et in loco alio ubi uisum et utilius mihi fuerit ponam. In Era M^{a}C^{a}LXXX.^{a} Imperante imperatore Adefonso in Legione et in Toleto una cum germana sua Sanctia ac filio suo Sanctio. Episcopus in sede legionensi Iohanes Albertin. Maior dominus aule imperatoris comes Pontius. Armiger eius Nonnus Petri. Maiorinus ipsius imperatoris Martinus Nauzani. Comes Ranimirus in Aguilar.

Ego Xemena Uermudi hanc kartam quam iussi fieri de meis propiis hereditatibus pro remedio anime mee gratuito animo roboraui et signum feci. ✠

Qui presentes fuerunt: Fernandus Ruderici conf. Fernandus Brauulio conf. Didacus Fernandi conf. April conf. Petrus Auricula conf. Gondissaluus Didaci conf. Petrus testis. Dominicus testis. Iohanes testis. Fernandus notuit.

45—P.

Letra francesa, 0,38×0,22. Hay otro ejemplar coetáneo que mide, 0,26×0,29.

LXVIII

Donación de una heredad en Villa Montán, otorgada por Isidoro Pérez en favor de Pedro Martínez.

8 Mayo. A. 1143.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis uidelicet Patris et Filii et Spiritus Sancti. Magnum est enim titulum donacionis in quo nemo potest actum largitatis inrumpere nemo foris legem proicere. Ideo ego Isidoro Petriz filius quondam patris mei Petro Didaci a tibi Petro

Martiniz filio de Martin Citiz facio kartulam et testamentum de propria mea hereditate que habeo de parentibus et de auibus meis in territorio Legionensi, inter Estola et Porma, in ualle Elisoncia in uilla que uocitant Uilla Montan ipsa hereditate do et concedo tibi non timentis imperio nec suadentis articulo set caro animo et spontanea uolumptate pro ubi cumque potueris inuenire tam indomitum quam etiam in brauum, diuisam, solares populatos et populandos, cortes, casas, terras, uineas, pratis, pasquis, fontes, montes, pasquis, molinarias, piscarias, petras mobiles et inmobiles, cessum et regressun, ista omnia que resonat do tibi pro amore tuo et pro seruicio tuo bono ita ut de hodie die uel tempore de iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita habeas teneas dones uendas facias de illa quicquit uolueris. Si quis hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus tam ex nostris quam ecciam ex alienis quisquis ille fuerit qui talia comiserit in primis sit excomunicatus et ab ecclesia Dei segregatus et careat suis afronte luminibus et cum Datam et Abiron luat penas inferni et cum Juda Domini traditore sit in eterna dampnatione et hunc factum nostrum firmum habeat roborem et in cautum pariat C. numos aureos et ipsa duplata uel triplata in tali uel in simili loco hereditate.

Facta kartula donacionis notum die quod erit sabbato et quot VIII° idus Mai. Era M.ªC.ªLXXXI.ª Imperante Adefonso imperatore Toleto Castella et Legione cum Berengaria imperatrice sibi coniuge. Iohanes Albertin episcopus in sede sancte Marie. Maiorinus et maiordomus aule regie Didaco Monniz. Albertinus tenente illas turres. Petrus Malatellus abbas sancti Petri Elisoncie. Ego igitur Isidoro Petriz in hac kartula donacionis quod fieri mandaui et relegendo audiui manu roboraui et signum feci ✠ et accepi a uobis Petro Martiniz in roboratione uno gauilane. Radimirus Consul conf. Poncius de Minerua alferaz conf. Fernando Roderiqui conf. Pelaio Taubulatelo conf. Roderico Uermudiz conf. Petro Martiniz conf. Citi testis. Velliti testis. Dominicus testis. Martinus presbiter et monacus notuit. ✠

46—P.

Letra francesa, 0,38×0,24.

LXIX

Venta de dos heredades en territorio de León, otorgada por Pelayo Domínguez, en favor de Pelayo Estévanez.

1 Octubre. A. 1143.

XPS. In Dei nomine. Ego Pelagio Dominiquiz et uxor mea Maria ad uobis Pelagio Stephaniz et uxor uestra Dominica facimus kartula uendicionis in Domino Deo eterne salute Amen. Placuit nobis ad que conuenimus nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo set karo animo et expontanea nostras uolumptas ut facimus nobis ad uobis ego Pelagio Dominiquiz et uxor mea Maria ad uobis Pelagio Stephaniz et uxor uestra Dominica facimus kartula uendicionis de duas terras in territorio Legionensi in uilla que uocitant ibi Uilla Retero inter duas flumines Porma et Estula in loco predicto terras illa lomba per suis terminis directis illa una terra est per termino de Iuxta Salamoniz et secundo termino illa karraria que descurrit de Mellanzos pro ad Ualde Ouequo et tercio termino de Iohanes Rubio et quarto termino de illo monte, et illa allia terra per termino de illo comide et secundo termino illa karraria quem uadet de Mellanzos pro ad Ualde Ouequo et tercio termino de Pelagio Didaz et de Micael Citiz, et istas terras uendimus nobis ad uobis illa medietate proquo accepimus nobis de uobis in precio placibilem quem nobis et uobis bene complacuit tres solidus de argento, et non remansit pro dare in debitum, sed contra nos est complito, ita ut de hodie die uel tempore de iuri nostro abrasa et in dominio uestro sit tradita adque confirmata abeatis, teneatis, uendidatis uos et filiis uestris uel neptis, per cuncta secula amen. Et si aliquis homo ad disrumpendum uenerit uel uenerimus tam per nos quam per alias gentes et in concilio obtorigare non uoluerimus, quomodo pariemus nobis ad uobis istas terras qui in ista kartula resonant dupladas

uel tripladas et in simile tale locum melioratas et in kauto XXX.ª solidus de argento et ad partem regis qui lex dederit exoluat libras aureas tres. Facta kartula uendicionis notum die quoddum kalendas Octuber Era millesima C.ªLXXX.ªI.ª Regnante rex Adefonsus imperator in Legione et in Toleto. Albertino in Legione maiorino. Iohanes episcopus in sancta Maria. Ego Pelagio Dominiquiz una pariter cum uxor mea Maria ad uobis Pelagio Stephaniz et uxor uestra Dominica in hanc kartula uendicionis manus nostras roborabimus et hoc signum ✠ fecimus. Qui hic fuerunt perse coram testes. Cidi testis. Vellidi testis. Dominico testis. Et de homines confirmantes: Petro Petriz conf. Dominico Iohanes conf. Petro Uincentiz conf. Saluator Citiz conf. Vicenti Dominiqui conf. Iohanes notuit. ✠

47—P.

Letra francesa 0,66×0,11.

LXX

Venta de una viña en Villafafila otorgada por Justa Domínguez, su marido é hijos en favor de Juan Spora.

A. 1143.

XPS. In nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti ab utroque procedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante in perpetuum. Ego Justa Dominici uxor Micahel Calui una cum filiis meis Pelagio Micahelici et Maria Micaheliz et Marina Micaeliz et Marta Micaheliz et Domingo Micaheliz tibi Johanni Spore, obedienciali monasterii Sancti Petri Elisoncie, facimus kartulam de una uinea que habemus in Uilla Fafila pernominata, in illos ortos hanc itaque uineam supradictam uendimus tibi Johani Spore, nullius suadentis imperio nec alicuius amonicione facientes sed spontanea uoluntate et begnigno corde accidit nobis ut uenderemus illam uineam pro V.ª morabitinos melequinos quos bene

complacuerunt inter nos et uisum fuit satis iuste. Similiter ergo statuimus nostrum de hanc uineam partem aliquam sibi uindicet atque ex corde excogitet sed cum omni obseruatione et magna diligencia in monasterio sancti Petri permaneat, sic denique facientes et cum omni alacritate precium a uobis accipientes, et nullam partem inde retinentes, permittimus hanc uineam in manibus uestris scilicet Johani Spore ut quicquid uolueris facies damus itaque et confirmamus cum atoritate tibi supradictam ut teneas uendas et destruas et plantes et edifices atque operibus exinde bonis magis ac magis semper adquiras ut die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita quantum igitur ad supra nominatam uineam pertinent damus et confirmamus pro precio. Siquis hunc scriptum nostrum adisrumpendum uenerit tam exprogenie nostra uel nos uel extraneis qui frangere uoluerit, in primis sit excomunicatus et a corpore Domini separatus, et cum maledictis damnatus et cum adulteris collocatus et cum Juda Domini traditore luat penas a generacione et generacionem, et careat afronte luminibus amen, et reddat ipsam uineam duplatam uel triplatam in tali uel simili loco melioratam et qui uocem pulsauerit redad XXX.ª libras auri. Era M.ªC.ªLXXX.ªI.ª Regnante imperatore Adefonsso una cum coniuge sua Berengaria imperatrice in Legione et in Toleto. Sub Dei gracia episcopus astoricensis Arnaldus. In Legione episcopus Johanes Albertinus. Maior dompnus aule imperatoris comes Poncius. Villico in Legione Anaia Rodriquiz. De Uilla Fafila, villico, Johanes Pelaici. Ego Justa Dominiquiz et filiis meis tibi Johani Spore hanc cartam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus ✠ Qui presentes fuerunt. Pelagio Cidiz conf. Martino Dominquiz conf. Petro Telliz conf. Dominico Ramnadiz conf. Domingo testis. Johanes testis. Pelagio testis. Fernandus notuit.

48—P.

Letra francesa, 0,38×0,20.

LXXI

Carta de avenencia otorgada por el abad de Eslonza en el pleito que sostenía con Pelayo y con Rodrigo Ordóñez, sobre una heredad en la Vega.

25 Agosto. A. 1144.

Christus. In Era M.ªC.ªLXXX.ªII.ª Orta fuit intencio inter abbatem sancti Petri Elisoncie uidelicet Petrum et inter Pelagium Ordonii et Rodericum Ordonii filios Ordonii Petri super hereditatem que iacet interritorio Legionensi circa flumine Estula in uilla que uocitant illa Uega quam dederat sua germana Gontrodo Ordonii pro remedium anime sue ad domum sancti Petri et uenerunt inde ad confectam ante homines bonos et conuenerunt inter se quod tenuissent ambos germanos ipsam hereditatem omnibus diebus uite sue inprestamio et dent illam medietatem decimarum ad sanctum Petrum et post mortem illorum ueniat ipsa hereditas integra cum omnibus ibi inuentis ad domum sancti Petri absque ulla retentacione germanorum filiorum uel aliorum parentorum, et hoc placitum firmum habeat roborem quod est firmatum et roboratum VIII.ª kalendas Setembris. Siquis hunc factum et scriptum nostrum ad inrumpendum uenerit quisquis ille fuerit qui talia comiserit sit excomunicatus et acetu christianorum sequestratus careat afronte luminibus et cum Iuda Domini traditore luat penas in eterna danpnacione et aparte regis exoluat quingentos morabitinos et ipsa hereditate duplata intali uel insimili loco. Regnante Adefonso imperatore cum Berengaria consorte Toleto Castella et Legione. Iohanes pontifex in sede Legionensi. Consul Radimirus in Aguilar. Albertinus maiorinus in Legione. Maiordomus aule regie Didaco Moniz. Armiger imperatoris Poncius Minerue. Qui presentes fuerunt. Martinus Urgel

conf. Fernando Roderiquis conf. Martinus Dominiquis conf. Petro Karro conf. Didaco Fernandiz conf. Geloira Citiz conf. Petrus ts. Dominicus ts. Pelagius ts. Martinus notuit. ✠

49—P.

Letra francesa, 0,13×0,36.

LXXII

Donación de una corte con su solar, otorgada por Juan Vicentiz en favor de este monasterio.

3 Setiembre. A. 1144.

XPS. In nomine altissimi Genitoris Filiique sui mundi redemptoris ac Spiritus sancti omnium consolatoris, cuius imperium per infinita extat seculorum secula amen. Ego Iohanes Vincentis una cum matre mea Iusta Ciprianis et germanis meis Petro et Dominico, Pelagio et Dominico et Marina facimus kartulam de una corte cum suo solare et cum suas kasas et ego Iohanes Vincentis meam hereditatem que mihi contingit inter meos germanos offerimus ad sanctum Petrum situm in ualle Elisoncie regente uenerabili Petro abbate una cum collegio monacorum assidue Deo seruientium. Hanc hereditatem do ego supra fatus Iohanes sub tali foro, ut abeam eam ego et generatio mea et seruiamus cum ea in anno scilicet IIII.os dies ad quod nobis preceperit et demus una terraza de uino et unos lombos et unus anser et postea cum uenero ad seniorem etatem si ibi uoluero uenire, ut dent michi meam porcionem in monasterio. Siquis hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus tam ex nostris quam alienis quisquis ille fuerit qui talia comiserit in primis sedeat ex comunicatus et ab ecclesia Dei separatus et cum Iuda traditore luat penas in eterna damnatione. Facta kartula die prima feria quotum erat III idus Setembris Luna X.a Regnante rege Adefonso in Toleto et in Legione cum Berengaria regina uxor sua. Era M.aC.aLXXX.aII.a Maiorinus

aule regis Didacus Moniz. Iohanes episcopus in sede Sante Marie legionensi. Albertinus supra illas torres Legionis. Qui presentes ibi fuerunt. Cidi ts. Villidi ts. Dominico ts.

50—P.

Letra francesa, 0,40×0,11.

LXXIII

Venta de una heredad en territorio de Ferreras, por Sarracin y Jimeno Armentariz, en favor de Martiu Diaz y su mujer.

Setiembre. A. 1145.

XPS. In Dei nomine. Ego Sarrazin Armentariz et Xemeno Armentariz ad uobis Martino Didaz et uxor tua Xanxia Garcia in Domino Deo eternam salutem amen. Ideo nullis quoque gentis imperio nec suadentis articulo sed propia nobis accessit uolumptas et facimus uobis nos nominatos kartulam uendiciouis de nostra hereditate que habemus in territorio Ferreras, in uillas nominatas in Campiellos et in rio Kauo, kasas, terras, solares, pratis, pascuis, montibus, fontibus, arbores fructuosas nel infructuosas, cessum uel regressum, cum omnia sua prestancia, damus uobis et confirmamus proque accepimus de uobis in precio LX.ª solidos argenti precio placiuile que nobis et uobis bene complacuit, et de precio non remansit pro dare sed conplitum est, ita ut de odie die uel tempore sedeat ipsa hereditate de iure nostro abrasa et in uestro sit tradita atque confirmata, habeatis, iurificetis, faciatis de illa quicquid uolueritis. Siquis tamen contra hanc karta uendicionis, ad inrumpendum uenerit pariat ipsa hereditate duplata uel triplata in simile tale locum et insuper L.ª solidos argenti et a parte regis auri libra. Facta karta uendicionis notum die quod erit VII.ª feria mense Setember currente Era T.ªC.ªLXXX.ªIII.ª Regnante rex Adefonsus in Legion et in Toleto et regina Berengaria ad latus eius. Johanes

episcopus in sancta Maria sedis Legionensis. Comite Radmiro hic et ubique. Maiorino imperatoris Didago Moniniz et Petrus testis et Cidi testis. Vellide testis. Monnio testis et ego Sarrazino et Xemeno ad uobis Martino Didaz et uxor tua Sanxia Garcia in hanc karta uenditionis manus nostras roborauimus et ✠ fecimus. Petrus notuit.

51—P.

Letra francesa 0,56×0,21.

LXXIV

Venta de una heredad en Villa Sabariego, otorgada por Justa Pérez en favor de Pedro Marinez.

A. 1145.

In Dei nomine. Ego Iusta Petris et filiis meis a tibi Petro Marinis et Oraka Petris facimus uobis kartula uendicionis de hereditate nostra que habuimus de parentum nostrorum in uilla que nocitant Sauarigo iusta flumen Estola et Porma pro quo accepimus in precio sex aureos de uobis, quantum nobis et uobis bene complacuit, et ipsa hereditate per omnis terminis derectis ubi potueris inuenire. Et si aliquis homo ad inrumpendum uenerit uel uenerimus et in concilio non uoluerimus octorikare, quomodo pariet XXX.^{i} aureos in quocto, panem et uinun in roboracione. Era M.^{a} C.^{a} Octuagesima III.^{a} Regnante rex cum Berengaria regina, Adefonsus in Legione et in Toletula. Episcopus Iohanes Albertini in sede Sancte Marie. Villicum Annaa Rodriquiz in illas torres. Ego Justa Petris et filiis meis in hanc kartula manus nostras roborauimus et signum fecimus Qui fuerunt ad confirmandum Pelagio Iohanis conf. Dominicus Pelais conf. Petro Ciprianis conf Martino Cotax conf. Petro ic testis. Citi hic ts. Viliti hic ts. Petrus notuit.

52—P.

Letra francesa, 0,39×0,12.

LXXV

Donación de una heredad en Ferreras, hecha por don Esteban, su mujer y otros varios en favor del monasterio de Eslonza.

28 Marzo. A. 1146.

XPS. Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis dominos et patronos nostros sanctorum Petri et Pauli in cuius honore fundatum est monasterium in loco predicto que uocitant Elisonza nobis famulis uestris domno Stephano et uxor mea Eluira Iohanes et Pelagio Iohanes et uxor mea Maria Saluatoris et Dominico Ectaz et uxor mea Iusta Iohanes et Maria Romaniz et Iusta Romaniz filias qui sumus de Maria Iohanes pauemus presenciam Domini bonis operibus ad stare nudatis paruis pro magnis offerimus ad sacris sanctis altaribus uestris tam que uocatur Petrus abbas quam etiam et qui post illum loco ejus successerit siue fratrum seruorum Dei qui in ipso loco de seruierint uel pauperum qui super uenerint ad abitandum concedimus pro remedio animas nostras et de parentibus nostris hereditatem nostram propiam quam habemus de auiis et parentibus nostris in territorio Ferreiras in loco predicto in riuulo Cauo que uocitant Uega, nostra hereditate cum chortes cum solares cum terris cum pomiferis cum arboribus fructuosis et infructuosis, cum molinarias, cum ortis, cum heris, cum montes, cum fontes, cum pascuis, cum diuisis, cum aquis, aquarum cessum uel regressum, ubi illum potueritis inuenire ut et nos et filiis nostris et generatio nostra teneamus illam de manu seniorum, sancti Petri et demus ad illo abbate et ad illos seniores quando uenerint in illa terra seruicium cum pane et uino secumdum de fuerit posibilitas nostras et quidquis de generatio nostra qui istum seruitium noluerint facere ut non perdat ipsa hereditate pro nullius homo neque pro datiua neque pro seruitium melioratum et non dent illa in prestamio a nullus homo

sed seruiat ad ipso monasterio et si de nobis aliquid ad impedimentum sui corporis uenerit ut abeat portionem de uictum uel uestimentun in illo monasterio; concedimus et con iuramus ut si quis sane quod fieri minime credimus aliquis homo ausus et intemeratus hanc testamentum ad disrrumpendun uenerit uel uenerimus sit imprimis a sancta ecclesia extraneus et a cetu catholicorum alienus et in futuro ultricibus flamis cum Iuda Domini proditore participio abea penis insuper secularia damna multatus conferat sacris altaribus uestris uel seruis Dei qui in ipso loco de seruiunt auri libras binas et scriptura testamenti firmun abeat uigore per omnia secula ualitura. Facta kartula testamenti notum die quod erat tertia feria V.º kalendas Aprilis. Luna II.ª Era MªCªLXXXªIIII.ª Regnante rex Adefonso in Legione et in Toleto una cum Berengaria regina. Iohanes episcopus in sede sancte Marie. Comes Ranimirus mandante Ferrarias. Ego domno Stephano et uxor mea Eluira et Pelagio Iohanes et uxor mea Maria et Dominico Ectaz et uxor mea Iusta et Marina et Iusta in hanc kartula testamenti quam fieri mandamus manus propias roborauimus et signum fecimus. ✠ Fernando Brauulio conf. Guter Patella conf. Iohanes Petriz conf. Citi testis. Uelliti testis. Dominco testis. Fernandus notuit.

53—P.

Letra francesa, 0,40×0,19.

LXXVI

Carta de cesión de unas heredades en Villa Burgala, otorgada por María Ovequez en favor de Diego Fernández, á cambio de ciertas prestaciones en favor de aquélla.

A. 1146.

XPS. In nomine altissimi Genitoris Filiique sui mundi redemptoris ac Spiritu Sancti omnium consolatoris cuius imperium permanet per cuncta secula amen. Ego Maria Ouechez fatio kartulam donationis et

conuentionis a tibi Didago Fernandiz de cuncta mea hereditate que abeo de parentibus meis in Uilla Burgala et in Kandanedo et in Otero de Balneare et in Ascissa et in Sub ripa et in Gamnedo que hereditate de Gamnedo iacet in pinnores pro uiginti solidos. Et has hereditates quas supra nominauimus do tibi una queque earum cum suos solares et cum exitibus suis et diuisas suas in riuulis in molinaria in pascuis in saltibus in montibus et in omnia que pertinænt ad hereditates istas quas diximus et ad omnia bona earum scessum uel regressum do et concedo tibi Didago Fernandi. Et tu Didago Fernandiz das mihi per singulos annos tredecim stopos de trigo per mensura legionensis et quinque morabetinos per tres annos in uestitu unde me uestiam. Et si hoc quod resonat in kartula ista non mihi dederis nec adimpleueris recedas ab hereditates istas et non abeas potestatem super eas nec dandi nec abendi in tuo iure. Ego Maria Ouechez do et concedo tibi istas hereditates quas nominaui super; ita ut de isto die de meo iure sint abrasas et in uestro dominio sint traditas atque confirmatas ita ut abeatis licentiam tenendi dandi et in quo loquo uolueritis dare illas si hoc pactum mihi dederitis quod resonat in hanc kartulam et hoc firmum abeat roborem. Siquis hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus tam ex nostris quam ex alienis quisquis ille fuerit qui talia comiserit in primis sit excomunicatus et a parte Dei separatus et cum Juda traditore dampnatus in eterna dampnatione hereat eius lingua in palato et ne aspiret sermo confessionis in die supremo et cum Dathan et Abiron luat penas in eterna dampnatione in generatione et generationem amen, et ipsa hereditate reddat duplata in tali loco et insimili uel triplata et exsolluat quingentos solidos de argento et tres libras auri. Facta kartula donationis et conuentionis notum die quod erat VI.ª feria luna VIII.ª X.ª Era M.ª C.ª LXXX.ª IIII.ª Regnante imperatore Adefonso in Legione et in Tholeto cum regina Berengaria. Episcopus Johanes in sede sancte Marie legionensis. Anaia Roderiquiz tenente illas turres legionenses. Comes Radimirus tenente Aquilar. Armiger imperatoris Nonnus Petriz. Maiordomus aule regis comes Pontius.

Ego Maria Ouechez in hanc kartulam quam fieri iussi manus meas roboraui et signum feci. ✠

Qui presentes fuerunt. April. conf. Fernandus Brauulio conf. Nonnus Dominiquiz conf. Fernandus Roderiquiz conf. Ysidorus Petris conf. Cidi testis. Vellid ts. Dominico ts. Fernandus notuit. ✠

54—P.

Letra francesa, 0,44×0,21.

LXXVII

Donación de una heredad en Valle, hecha por Domingo Domínguez y otros en favor del monasterio.

1 Febrero. A. 1147.

XPS. In nomine Altissimi Genitoris Filiique sui mundi redemptoris ac Spiritu Sancti omnium consolatoris cuius imperium permanet per cuncta secula amen. Ego Dominicus Dominiquiz et Martinus Petriz et Maria Pelaiz uobis patronibus Petro et Paulo simulque monachis qui ibi abitant scilicet abba Petro uel aliis sociis facimus kartulam de hereditate nostra propia que abemus de auiorum uel parentum nostrorum in territorio legionensi in uilla que uocitant Ualle iusta Castellum que fuit de Petro Didaz damus illa uobis a seruiendum pro animabus nostris et parentorum nostrorum et ut nos seruiamus pro illa nos et filii nostri et generatio nostra et ut nullus senior qui ibi uenerit non sit ausus dare ista hereditate in alia parte in prestamio neque auferre illa monasterio. Siquis tamen hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus quisquis fuerit qui talia comiserit imprimis sit excomunicatus et aparte Dei segregatus et adiuinum offitium abalienatus et luat penas in inferno inferiore cum Juda Domini traditore ut has luat penas ingeneratione et generationem amen. Facta karta notum die quod erit ipsas kalendas Febroarii. Era M.ª C.ª LXXX.ª V.ª

Regnante imperatore Adefonso una cum Berengaria imperatrice in Legione et in Toleto. Episcopus Johanes Albertin in sede legionensi. Maiorinus Anaia Roderiquiz. Maiordomus aule regis comes Pontius. Armiger imperator Nonnus Petriz.

Ego Dominicus Dominiquiz et Martinus Petriz et Maria Pelaiz hanc kartulan quam fieri iussimus manibus propris roborauimus et signum fecimus. ✠

Qui presentes fuerunt. April conf. Didago Fernandiz conf. Fernandus Brauulio conf. Ysidorus Petriz conf. Dominicus testis. Petrus testis. Cedi testis. Fernandus notuit.

55—P.

Letra francesa, 0,81×0,15.

LXXVIII

Donación de la iglesia de Santa María de Villafafila, hecha por Cipriano, presbítero, y por el concejo de Terrones en favor del monasterio de Eslonza.

18 Abril. A. 1147.

In Dei nomine. Hæc est kartula donacionis largitatis nullus potest infringere quia propter Deum donatur et in eius amore illius largicio determinatur sic et enim Paulus apostolus dicit: Hilarem enim datorem diligit Deus. Propter hanc dileccionem ego Ciprianus presbiter una cum concilio de Terrones a tibi Iohanes Spora obediencialis de Sancti Petri Elisoncie dabimus isto monasterio de Villafafila per nominata Sancta Maria quæ habeas tu Iohanes Spora in uita tua et post obitum tuum illo abas de Sancti Petri cum concilio de Sancta Maria et de alios homines bonos de illo monasterio Sancti Petri ueniat ad Sancta Maria de Villafafila unus de his monachis et accipiat illo monasterio cum quantum ad illo pertinet. Et est ipsa hereditate in Uillafafila et

dabimus a tibi Iohanes Spora et a Sancti Petri Elisoncie et dabimus tibi in exitus ubi cumque potueris inuenire habeas tu et omnis posteritas tua, tenendi donandi, uendendi licencia sine impedimento nostri generis et alterius nature usque in sempiternum. Si quis hunc titulum donacionis uendiciones quæ nos fecimus infringere uel contendere uoluerit, quicumque fuerit habeat Dei maledictionem super cunctam quam habuit generationem. Sit anethema marenata id est duplici confussionem confusus sic Datan et Habiron quos terra uiuos absorbuit. Sit etiam dampnatus sicut Iudas qui Dominum nostrum Ihesum Christum prodidit et pro dapno seculari ad te uel ad qui tuam uocem pulsauerit quomodo pariat in cautum CCC.as libras aureas et ipsa æclesia duplata uel triplata et in simile tale loco meliorata. Facta kartula donacionis notum die quod erit VI feria XIIII kalendas Mai Era M.ªC.ªLXXXV.ª Regnante imperatore Adefonso in Legione et in Toleto uxorem regis nomine Berengaria. Sub Dei gracia Arnaldus episcopus in sede Sancta Maria astoricensis. Maior domus comes Poncius. Villico in Legione Annaia Roderiguez. Episcopus in Legione Iohanes Albertinus. Et in Villafafila uillico Iohanes Pelaiz, et in roboramentum XVI marabetinos. Pelagio Zidez conf. Martin Diaz conf. Petro Gondisaluez conf. Pedro Telez conf. Martin Michaelez conf. Petrus Uelidiz conf. Palagio Pedrez conf. Palagio ts. Domingo ts. Petro ts. Martinus presbiter notuit.

Es carta partida en cuyo corte que va en la parte superior, se lee en caracteres unciales: C I R O G R A F U M.

56—P.

Letra francesa. 0,14×0,28. Hay otros dos ejemplares de letra de la época.

LXXIX

Donación de una heredad en Villafafila, otorgada en favor del monasterio por Pelagio Micaeliz, su madre y hermanos.

27 Febrero. A. 1148.

XPS. In nomine Patris et Filii ad Spiritus Sancti abutroque procedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante inperpetuum. Ego Pelagio Micahelici una cum matre mea Iusta Dominci et germanos meos Maria Micahelici et Marina Micahelici et Marta Micahelici et Domingo Micahelici tibi Iohan Spore obedientiali monasterii sancti Petri Elisoncie facimus kartulam hereditatis nostre que habemus de parentibus nostris in territorio Lampreane in uilla que uocitant Uilla Fafila et est ipsa hereditas una corte adcimiterio sancte Marie et una posada in Requexo et una uinea in illos ortos et alia hereditate per ubi ea potueris inuenire per suis terminis et locis antiquis extra uno quinione de terras de Maria Michaelici; hanc itaque hereditatem super dictam quam uendidimus tibi Iohane Spore nullius suadentis imperio nec alicuius amonicione facientes set spontanea uoluntate et benigno corde accidit nobis ut uenderemus illa hereditate pro X^{em} et IIII^{or} morabitinos melequinos quos bene complacuerunt inter nos et uissum fuit satis iuste; similiter ergo statuimus ut nullus nostrum de hanc hereditatem partem aliquam sibi uindicet atque excorde excogitet sed cum omni obseruacione et cum magna diligencia in monasterio sancti Petri remaneat sic denique facientes et cum omni alacritate precium a uobis acipientes et nullam partem inde retinentes permittimus hanc hereditatem in manibus uestris scilicet Iohani Spore ut quicquid uolueris facias; damus itaque, atque confirmamus cum actoritate tibi supradicta ut teneas uendas et destruas et edifices et plantes atque operibus inde

bonis magis ac magis senper adquiras ut ex die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro sit dominio tradita. Quantun igitur ad supra nominatam hereditatem pertinent damus et confirmamus pro precio. Siquis hunc scriptum nostrum ad inrumpendum uenerit tam exprogenie nostra uel nos uel extraneus qui frangere uoluerit inprimis sit excomunicatus et a corpore Domini separatus et cum maledictis dampnatus et cum adulteris collocatus et cum Iuda Domini traditore luat penas a generatione et generationem et careat afronte luminibus amen et reddat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in tali uel simili loco melioratam et qui uocem pulsauerit reddat XXX.ª libras auri. Era M.ªC.ªLXXX.ªVI et quotum IIII° kalendas Marcii. Regnante imperatore Adefonsso unacum coniuge sua Berengaria imperatrice in Legione et in Toleto. Sub Dei gratia episcopus astoricensis Arnaldus. In Legione episcopus Iohanes Albertinus. Maior dumnus aule imperatoris comes Poncius. Villico in Legione Anaia Rodriquiz, et in Uilla Fafila uillico Iohanes Pellaici. Ego Pelagio Micahelici unacum matre mea Iusta Dominci et germanas meas et germanus meus tibi Ioani Spore hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus. ✠ Qui presentes fuerunt Pelagius Citi conf. Pelagius Petris conf. Martinus Dominci conf. Petrus Telici conf. Dominico Ramnadiz conf. Domingo testis. Iohanes testis. Pelagio testis. Fernandus notuit. ✠

57—P.

Letra francesa, 0,36×0,19.

LXXX

Carta de venta de una heredad en Curueño hecha por Fernando Bordón y su mujer en favor de Pedro Auricula y la suya.

A. 1149.

XPS. In nomine altissimi genitoris filiique sui mundi redemptoris ac spiritus sancti omnium consolatoris cuius imperium permanet in secula. Ego Fredinandus Bordon una cum uxore mea Maior Didaz facio kartulam uenditionis tibi Petro Auricula et uxori tuæ Urrace Petriz de mea propia hereditate quam habemus ex nostra progeniæ quæ iacet in prouinciam legionensem in loco quem uocitant Curionno iuxta ipsum riuulum nomine Deuesa nullus nobis suadens articulo neque constringens alicuius imperio sed una uoluntas accessit ut uenderemus eam uobis pro precio quod uidimus satis esse bonum scilicet pro uno caballo et ceteris rebus bonis quos dedistis nobis in precio quod apretiauimus in triginta morabetinos melquis et uno pallio optimo ex colore uiride satis ualentem in roboratione kartulæ. Hanc autem hereditatem quam emistis anobis tradimus in manibus uestris cum omnia que pertinent ad hereditatem istam cum pascuis montibus riuis pratis molinariis piscariis scesum uel regresum tam domitum quam indomitum trado eam inpotestate uestra ut quicquid uolueritis faciatis et ex nostra dominatione sit ex hoc die abstracta et in uestra conscientia tradita. Siquis hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit tam ex mea generatione quam exaliena quisquis fuerit qui talia comiserit inprimis sit excomunicatus et ad parte Dei separatus et a corpore Christi alienatus et ad ministerium altaris segregatus et cum adulteris dampnatus et cum condempnatis condempnatus ante tribunal Christi et cum Iuda Domini traditore luat penas in inferno inferiore et careat afronte luminibus amen et exsoluat centum morabetinos. Facta kartula notum

die quod erat IIII[a] feria in Era M.[a]C.[a]LXXXVII[a] inperatore Adefonso imperante in Legione et in Toleto. Episcopus in sede legionensi Iohanes Albertin. Maior domus aulæ imperatoris comes Pontius. Tenente illas turres Legionis Pontius Mineruæ. Maiorinus imperatoris Petrus Manica.

Ego Fredinandus Bordon una cum uxore Maior Didaz hanc kartulam quam fieri iussimus una cum filiis nostris manibus nostris roborauimus et signum fecimus. ✠

Qui presentes fuerunt. Fredinandus Brauulio conf. Rodericus Petriz conf. Fredinandus Roderici conf. Comes Ramirus conf. Gutterrus Padiella conf. Lope Alegria conf. Petrus testis. Iohanes testis. Dominicus testis. Fernandus notuit.

58—P.

Letra francesa, 0,50×0,18.

LXXXI

Donación de una heredad en Revellinos hecha á Juan Spora, por Salvador Romanez y sus hijos.

A. 1151.

XPS. In nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti abutroque procedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante in perpetuum. Ego Saluador Romanez et Michael Romanez et Maria Romanez et Marta Romanez et alia minor Maria Romanez tibi Iohannes Spora obedienciali ex monasterio sancti Petri Elisoncie facimus kartulam de nostra ereditate que abemus in Reuelinos pernominata una corte cum suas terras et cum suis directuris exitus et egressus et regressus montibus et in fontibus in pratis et in pascuis et in ipsa eclesia quantum ad ipsam ereditatem pertinet et in Uilla Fauila quantum ibi abebat de sua ere-

ditate sine casas. Hanc itaque ereditatem supradictam uendimus tibi Iohannes Spora nullius suadentis imperio neque alicuius amonitione facientes sed spontanea uoluntate et benigno corde accidit nobis ut uenderemus tibi illam ereditatem quam supradiximus pro VII morabitinos et VIIII oxouas de centeno quod bene complacuit inter nos et uos et uisum fuit satis iuste. Similiter ergo statuimus ut nullus nostrum de hac ereditate partem aliquam sibi uindicet adque excorde excogitet sed cum omni obseruacione et cum magna diligencia in monasterio sancti Petri permaneat. Sic denique facientes et cum omni alacritate precium a uobis accipientes et nullam partem inde retinentes permitimus hanc ereditatem in manibus uestris scilicet tibi Iohannes Spora ut quicque uolueris facias damus itaque et confirmamus cum auctoritate tibi supradicta ut teneas uendas plantes destruas edifices adque operibus exinde bonis magis ac magis semper adquiras ut die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita quantum igitur ad supra ereditatem nominatam pertinet damus et confirmamus pro precio supradicto. Siquis hunc scriptum nostrum adisrumpendun uenerit tam exprogenie nostra uel nos uel extraneos qui frangere uoluerit inprimis sit excomunicatus et a corpore Christi separatus et cum maledictis damnatus et cum adulteris collocatus et cum Iuda Domini traditore luat penas ageneracione et generationem et careat afronte luminibus amen et redat ipsam ereditatem duplatam uel triplatam in tali uel simili loco melioratam et a partem regis uel qui uocem pulsauerit redat XXX.ª libras auri. In Era M.ªC.ªLXXX.ªVIIII.ª Imperatore Adefonso imperante una cum coniuge sua Richa imperatrice in Legione et in Castella et in Toleto. Episcopus astoricensis Petrus Christianus. Episcopus in Legione Iohannes Albertin. Episcopus in Zamora Sthephanus. Maior domus aule imperatoris comes Poncius. Maiorinus in Legione Petrus Balzan. Maiorinus in Uilla Fafila Micael Paschaliz et alius Petro Saluadoriz. Ego Saluador Romanez et Micael Romanez et Maria Romanez et Marta Romanez et alia minor Maria Romanez hanc kartula quam fieri iussimus manibus roborauimus et signum fecimus. ✠ Qui presentes fuerunt. Petrus Saluadorez de Ui-

dalenes conf. Rodericus de Toro conf. Petrus Martiniz conf. Petro Martiniz de Armelada conf. Iohannes Mironez conf. Petrus ts. Iohannes ts. Dominicus ts. Martinus notuit. ✠

59—P.

Letra francesa, 0,40×0,25.

LXXXII

Donación de una heredad en Valdealiso, otorgada por Urraca Fernández en favor de su hermano Pelayo Martíniz.

Setiembre. A. 1152.

XPS. In Dei nomine. Ego Urraca Fernandez a uobis Pelagio Martiniz meo iermano facio carta de mea hereditate que est in territorio de Aquilare in uilla que uocitant Ualde Aliso et abet iacencias in se de I.ª pars Castro Milanos de II.ª pars Ual de Oueco de III.ª pars Ual de Falcon. Ego Urraka Fernandez a uobis meo iermano Pelagio Martiniz facio carta de ipsa hereditate que habeo in Ualde Aliso de auolorum nostrorum solares deuisas terras et uineas et quantum ibi potueritis de mea hereditate peruenire et ita uendo uobis ut abeatis uos et cui uoluntas uestra fuerit euo perenni et accepimus de uos inter precium et aluaroc XIII morabitinos et de ipso precio non remansit super uos debitum pro dare nec super nos de ipsa hereditate pro iurificare. Et siquis tamen contra hanc cartam uenerit uel uenero ad disrumpendum anatematizetur et excomunizetur et cum Iuda traditore qui Dominum nostrum tradidit eternas sustineas penas et in coto pectet uobis uel qui uoci uestre pulsauerit C morabitinos. Facta carta uendicionis noto die quod erit kalendas Septeber IIII.º idus Era MC.ªLXXXX.ª Imperante imperatore Aldefonsus in Toleto et in tota Spania. Episcopus Johannes sedis in sancte Marie legionensis. Infans donna Sancia in territorio in Gragare. Maiorino de imperatore Martino Nazanez. Co-

mite don Ramiro in Cenfontes. Don Ponz tenentes illas torres de Legione. Hereditarios. Coram teste. Cide hic teste. Xab hic ts. Velide hic ts. Fernando Rodriguez signat et conf. Didago Fernandez signat et conf. Fernan Brauogio signat et conf. Et ego Urraca Fernandez a uobis meo iermano Pelagio Martinez in hac carta que fierim iussi manus meas roboraui et hoc signum feci. ✠ Martinus scripsit. ✠

60—P.

Letra francesa, 0,36×0,11.

LXXXIII

Venta de una heredad en Garfudos, otorgada por Martín Ciprianiz y otro en favor de Juan Dominguez.

A. 1153.

XPS. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. In Dei nomine. Ego Martinus Ciprianiz et mea mulier Justa Martiniz cum filiis nostris et ego Martinus Rufus et mea mulier facimus kartulam uendicionis tibi Johanes Dominici de nostra hereditate quam abemus exparentibus nostris in ual de de Garfudos. Placuit nobis atque conuenit nullius coegentis imperio nec suadentis articulo sed propria nostra uoluntate et animo caro neque per ebrietatem neque per sensum turbatum sed spontanea nostra uoluntate ut faceremus tibi Johannes Dominici nos supradicti uidelicet ego Martinus Ciprianiz et uxor mea Justa Martiniz cum filiis nostris et ego Martinus Rufus et mea mulier kartulam ueuditionis sicut et fecimus de nostra hereditate quam abemus in ualle de Garfudos quicquid ibi abemus per locis et terminis suis ex una parte karrera que discurrit de Garfudos ad uineam dongam de alia parte iacet Pelagius Martiniz et Martinus Johannes et Petrus Johanues de Uilla Emer et de alia parte Pelagius Ordoniz et Martinus Ferrero cum filiis suis et de alia parte Johannes Dominiquiz de

Rebollar et suos iermanos et ex una parte alterius uinee iacet Martinus Ferrero cum filiis suis et filii de Dominico Annaiz et ex altera parte Pelagius Ordoniz et suos iermanos et Joannes Dominiquiz et suos iermanos. Hanc itaque hereditatem uendimus et concedimus tibi Johannes Dominici nos supradicti uidelicet ego Martinus Ciprianiz et uxor mea Justa Martiniz cum filiis nostris et ego Martinus Rufus et mea mulier pro undecim solidos quos dedisti nobis precium placabile quod placuit nobis et uobis et de precio nichil remansit aput uos sed totum complestis. Siquis itaque ad hoc factum irrumpendum uenerit tam ex nostris quam ex alienis quisquis fuerit qui talia commiserit inprimis sit excomunicatus et a corpore Christi segregatus et cum Juda Domini traditore in inferno inferiore dampnatus et ad partem eius qui uocem pulsauerit pareat trecentos solidos et ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in simili uel in meliori loco. In Era M.ªC.ªLXXXX.ªI.ª notum die quod erat II.ª feria. Regnante rege Adefonso in Legione et in Toleto et in Baesca una cum uxore sua Henrica. Maiordomus aule regis comes Poncius. Maiorinus regis Martinus Nauzaniz. Gubernante illas turres Legionis Poncius Minerue. Episcopus in sede sancte Marie Johannes Albertin.

Ego Martinus Ciprianiz et uxor mea Justa Martiniz cum filiis nostris et ego Martinus Rufus et mea mulier Maria Ciprianiz hanc kartulam fieri iussimus ac manus nostras roborauimus et signum fe ✠ cimus.

Qui presentes fuerunt domnus Antolinus conf. Martinus Dominiquiz conf. Petrus Johannes conf. Petrus ts. Johannes ts. Dominicus. ts. Martinus notuit. ✠

61—P.

Letra francesa, 0,24×0,15.

LXXXIV

Venta de una heredad en Villafafila, otorgada por Justa Dominguez y sus hijos en favor de Juan Spora.

A. 1153.

XPS. In nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti abutroque procedens nec non cum ipsa Trinitate quo operante in perpetuum. Ego Iusta Dominiquiz uxor Michaeli Caluo una cum filiis meis Pelagio scilicet Micaheli et Dominico Micaheli atque Marina Micaheli et Marta Micaheli tibi Iohanni Spore obedentialis ex monasterio sancti Petri Elisontiæ facimus kartam nostre hereditatis que habemus de parentibus nostris in territorio Lamprehane in uilla que dicitur Uilla Fafila in bago malo. Hanc itaque hereditatem supra dictam quam uendidimus tibi Iohanni nullius imperio suadentis neque alicuius amonicione facientes sed spontanea uoluntate et benigno corde accidit nobis ut uenderemus illas pro nouem morabetinos melquis quos bene complacuerunt inter nos et uisum fuit satis iuste. Similiter ergo statuimus ut nullus nostrum de his uineis partem aliquam sibi uindicet atque ex corde ex cogitet sed cum omni obseruacione et cum magna diligentia in monasterio sancti Petri permaneat. Sic denique facientes et cum omni alacritate precium a uobis accipientes et nullam partem inde retinentes permittimus has uineas in manibus uestris scilicet tibi Iohanni Spore ut quicque uolueris cum licentia monachorum fatias. Damus itaque et confirmamus cum auctoritate tibi supra dicta ut teneas uendas plantes destruas edifices atque operibus ex inde bonis magis ac magis semper adquiras ut die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita. Quantum igitur ad supra nominatas uineas pertinent damus et confirmamus pro precio supradicto preter hereditatem Marie Micaheli nostræ germane que noluit uendere uobis partem seiam sed ce-

teras partes damus uobis et concedimus. Siquis hunc scriptum nostrum ad disrumpendum uenerit tam ex progenie nostra uel nos uel extraneus qui frangere uoluerit inprimis sit excomunicatus et a corpore Christi separatus et cum maledictis dampnatus et cum adulteris collocatus et cum Iuda Domini traditore luat penas a generatione et generationem et careat afronte luminibus amen et reddat ipsas uineas duplatas uel triplatas in tali uel in simili loco et qui uocem pulsauerit reddat XXX libras auri. In Era M.ªC.LXXXXI.ª Imperator Adefonsus imperante una cum coniuge sua imperatrice Richa in Legione et Toleto. Episcopus in Astorica Petrus. Maior dominus aule imperatoris Comes Pontius. Maiorinus imperatoris Martinus Nauzani. Maiorinus in Uilla Fafila Pelagius Romani.

Ego Iusta Dominici una cum filiis meis Pelagio Micaheli et Dominico Micaheli et Marina Micaheli atque Marta Micaheli hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus. ✠ Qui presentes fuerunt. Pelagius Citi conf. Pelagius Petri conf. Petrus Gondissalui conf. Martinus Dominici conf. Martinus Anahia conf. Micahel Garsia conf. Petrus ts. Dominicus ts. Iohannes ts. Ciprianus notuit. ✠

62—P.

Letra francesa, 0,42×0,9.

LXXXV

Carta de hermandad otorgada por Miguel Pérez en favor del monasterio de Eslonza.

19 Diciembre. A. 1154.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Hoc est pactum et conuenenciam quam ego Michael Petriz cum abbate domno Petro sancti Petri Elisoncie et cum omni collegio monacorum Deo inibi seruiencium

ut sim in societatem ipsorum et abeam inde prestamium illa hereditate de Villa Kexida quantum pertinet ad sancta Maria de Algadef et illa de Castrellino et illa de Coria, in omni uita mea et post mortem meam quantum ibi inuenerint do et concedo ad sancta Maria de Algadef et ad sanctum Petrum illam medietatem que mihi pertinuerit panem et uinum, equas et uacas, oues et boues, moros et moras uasa et super lectilia. Et illa alia medietate per manu ipsius abbatis et prioris sancte Marie et per manu de meos iermanos diuidant in debitos et pro missas cantare et ubi cumque bonum uisum fuerit. Siquis hunc factum nostrum disrumpere uoluerit tam nobis quam eciam ex aliis in primis sit ille excomunicatus et a corpore Christi separatus et a diuino remotus et cum Iuda traditore collocatus et in inferno damnatus et careat a fronte luminibus, amen et a parte qui uocem uestre pulsauerit pariat centum morabetinos et quantum calumniauerit in duplum et hunc factum nostrum firmum abeat roborem. Factum pactum et conuenenciam quarto decimo kalendas Ianuarii Era M.ªC.ªLXXXX.ªII. Inperante Adefonso inperatore cum Richa inperatrice in Toleto, Baecha, Almaria, Castella et Legione. Maiorinus inperatoris Petrus Balzan. Martinus episcopus in Oueto. Episcopus in Legione Iohanes Albertin.

Ego Michael Petriz in hac kartula quam fieri iussi manu roboraui et signum ✠ feci. Qui presentes fuerunt de Villa Kexida: Pelagius Vita conf. Iohanes Michaelis conf. Michael Petriz de Becaras conf. Petro Citiz de Algadef conf. Satorninus Dominici conf. Iohanes Citiz conf. Dominici ts. Petrus ts. Iohanes ts. Martinus notuit. ✠

63—P.

Letra francesa, 0,31×0,18.

LXXXVI

Donación de una tierra en Revellinos, otorgada por Román Xabiz, su mujer é hijos, en favor de Juan Spora.

A. 1155.

XPS. In nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti abutroque procedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante in perpetuum. Ego Roman Xabiz et uxor mea Juliana et filii mei Saluador Romaniz et Michael Romaniz et Maria Romaniz et Martha Romaniz et alia minor Maria Romaniz tibi Johanni Spore obedentiali ex monasterio sancti Petri Elisontie facimus kartam nostre de una terra que habemus in Reuelinos prenominata de sober lo pozo quomodo discurrit usque ad uillam et exinde usque ad uiam que uenit de Uilla Lobos ad Reuellinos. Hanc itaque terram supradictam uendidimus tibi Johanni Spore nullius suadentis imperio neque alicuius admonitione facientes sed spontanea uoluntate et benigno corde accidit nobis ut uenderemus illam terram pro quinque morabitinos melequis quos bene complacuerunt inter nos et uisum fuit satis iuste. Similiter ergo statuimus ut nullus nostrum de hac terra partem aliqua sibi uindicet atque ex corde excogitet sed cum omni obseruatione et cum magna diligentia in monasterio sancti Petri permaneat. Sic denique facientes et cum omni alacritate pretium a uobis accipientes et nullam partem inde retinentes permittimus hanc hereditatem in manibus uestris scilicet tibi Johanni Spore ut quicque uolueris facias damus itaque et confirmamus cum auctoritate tibi supradicta ut teneas uendas plantes destruas edifices atque operibus ex inde bonis magis ac magis semper adquiras ut die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro dominio tradita quamtum igitur ad supra nominatam terram pertinent damus et confirmamus pro pretio supradicto. Si quis hunc scriptum nostrum ad inrrumpendum

uenerit tam ex proienie nostra uel nos uel extraneus qui frangere uoluerit in primis sit excomunicatus et a corpore Christi separatus et cum maledictis dampnatus et cum adulteris collocatus et cum Iuda Domini traditore luat penas a generatione et generationem et careat a fronte luminibus amen et reddat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in tali uel simili loco melioratam et qui uocem pulsauerit reddat triginta libras auri. In Era M.ªC.ª nonagesima III.ª Imperatore Adefonsus imperante una cum coniuge sua Richa imperatrice in Legione et in Toleto. Episcopus in Astorica Petrus Christianus. In Legione episcopus Johannes Albertiniz. Maiordominus aule imperatoris comes Pontius. In Legione maiorinus Petrus Bazam. Maiorinus in Uillafauila Michael Paschaliz et alius Petrus Saluadoriz. Ego Roman Xabiz et uxor mea Juliana et filii mei Saluador Romaniz et Michael Romaniz et Maria Romaniz et Martha Romaniz et alia minor Maria Romaniz hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus. ✠ Qui presentes fuerunt. Petro Saluadoriz de Uidallanes conf. Saluador Illas conf. Ciprian Facundiz conf. Martin Johannes conf. Johannes Aluitiz conf. Petro Martiniz conf. Petro ts. Domingo ts. Pelagio ts. Pelagius notuit.

64—P.

Letra francesa, 0,52×0,11.

LXXXVII

Venta de una heredad en Villafafila, otorgada por Pelayo Miguélez, su mujer é hijos, en favor de Juan Spora.

A. 1155.

XPS. In nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti abutroque procedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante inperpetuum. Ego Pelagius Michaelis una cum uxor mea Columba Michaeliz et cum filiis

nostris Michael Pelaiz et Petro Dominguiz et Pelagio Dominguiz et Martha Dominguiz tibi Johanni Spore obedientialis ex monasterio sancti Petri Elisontiæ facimus kartam nostre hereditatis quam habemus de parentibus nostris in territorio Lampreane in uilla que uocitant Uillafauilla et est ipsa hereditas una corte cum quatuor pausadas una in Vilarigo et alia in Abrollar et tercia in recheixo et IIII.ª in Oter de Serigo; hanc itaque hereditatem supradictam quam uendidimus tibi Johanni Spore nullius suadentis imperio neque alicuius ammonitione suadentes facientes sed spontanea uoluntate et benigno corde accidit nobis ut uenderemus illam hereditatem pro nouem morabitinos melequis quos bene complacuerunt inter nos et uisum fuit satis iuste. Similiter ergo statuimus ut nullus nostrum de hac hereditate partem aliquam sibi uindicet atque ex corde excogitet sed cum omni obseruatione et cum magna diligentia in monasterio sancti Petri permaneat; sic denique facientes et cum omni alacritate precium a uobis accipientes et nullam partẽ inde retinentes permittimus hanc hereditatem in manibus uestris scilicet tibi Johanni Spore ut quicque uolueris facias, damus itaque et confirmamus cum auctoritate tibi supradicta ut teneas uendas plantes destruas edifices atque operibus ex inde bonis magis ac magis semper adquiras ut die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita quantum igitur ad supra nominatam hereditatem pertinetur damus et confirmamus pro precio supradicto. Siquis hunc scriptum nostrum ad disrumpendum uenerit tam exproieniæ nostra uel nos uel extraneos qui frangere uoluerit in primis sit excommunicatus et a corpore Christi separatus et cum maledictis dampnatus et cum adultis collocatus et cum Juda Domini traditore luat penas a generatione et generationem et careat a fronte luminibus amen et reddat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in tali uel simili loco melioratam et qui uocem pulsauerit reddat XXXᵗᵃ libras auri. In Era M.ªC.ª nonagesima III.ª Imperatore Adefonsus imperante una cum uxore sua imperatrice nomine Richa, in Legione et in Toleto. Episcopus in Astorica Petrus Christianus. In Legione episcopus Johannes Albertinz. Maior dominus aulæ imperatoris comes Pontius. In Legione Maiorinus Petrus Bazam.

Maiorinus in Uilla Fauila Michael Paschaliz et alius Petrus Saluadoriz. Ego Pelagius Michaeliz et mater mea Justa Dominguiz et uxor mea Columba Michaeliz et iermanos meos Dominicus Michaeliz et Marina Michaeliz atque Martha Michaeliz et Maria Michaeliz et alius filius de Columba Michaeliz Petro Dominguiz et Pelagio Dominguiz et Martha Dominguiz hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus ✠

Qui presentes fuerunt. Pelagius Citiz conf. Pelagius Petri conf. Petrus Gundisalui conf. Martinus Dominiguiz conf. Martinus Anaiaz conf. Michael Garsia conf. Petrus ts. Dominicus ts. Iohannes ts. Pelagius notuit.

65—P.

Letra francesa, 0,38×0,14.

LXXXVIII

Venta de una tierra en Revellinos, otorgada por Domingo Pérez, su mujer é hijos en favor de Juan Spora.

A. 1155.

XPS. In nomine Patris et Filii ac Spiritus Sancti abutroque pro cedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante in perpetuum. Ego Dominicus Petriz et supernomen Faragullas et uxor mea Marina Feliz et filiis meis Clemente Dominguiz et Petro Dominguiz tibi Iohanni Spore obedientali ex monasterio sancti Petri Elisontie facimus kartam nostræ de una terra que habemus in Reuelinos pernominata in ipsa carreira que discurrit de Uillalobos ad ecclesiam de Reuelinos et ipsa terra iacet cum alia de sancto Petro. Hanc itaque terram supradictam uendidimus tibi Iohanni Spore nullius suadentis imperio neque alicuius amonitione facientes sed spontanea uoluntate et benigno corde accidit nobis ut uenderemus illam terram per quatuor morabitinos

melequis quos bene complacuerunt inter nos et uisum fuit satis iuste. Similiter ergo statuimus ut nullus nostrum de hac terra partem aliquam sibi uindicet atque ex corde excogitet sed cum omni obseruatione et cum magna diligentia in monasterio sancti Petri permaneat. Sic denique facientes et cum omni alacritate precium a uobis accipientes et nullam partem inde retinentes permittimus hanc hereditatem in manibus uestris scilicet tibi Iohanni Spora ut quicque uolueris facias damus itaque et confirmamus cum auctoritate tibi supradicta ut teneas uendas plantes destruas edifices atque operibus ex inde bonis magis ac magis semper adquiras ut die ista ex nostro iure sit abrasa et in uestro dominio sit tradita. Quantum igitur ad supra nominatam terram pertinent damus et confirmamus pro precio supradicto. Siquis hunc scriptum nostrum ad disrumpendum uenerit tam exproienie nostra uel nos uel extraneus qui frangere uoluerit in primis sit excomunicatus et a corpore Christi separatus et cum maledictis dampnatus et cum adulteris collocatus et cum Iuda Domini traditore luat penas a generatione et generationem et careat afronte luminibus amen et reddat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in tali uel simili loco melioratam et qui uocem pulsauerit reddat XXX^{ta} libras auri in Era M.^{a}C.^{a} nonagesima III.^{a} Imperatore Adefonso imperante una cum coniuge sua Richa imperatrice in Legione et in Toleto. Episcopus in Astorica Petrus Christianus. In Legione episcopus Iohannes Albertinz. Maior dommus aule imperatoris comes Poncius. In Legione Petro Bazan maiorinus. In Uilla Fauila maiorinus Micael Paschaliz et Petro Saluadoriz. Ego Domingo Petriz Faragullas et uxor mea Marina Feliz et filiis meis Clemente Dominguiz et Petro Dominguiz tibi Iohanni Spore hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus. ✠ Qui presentes fuerunt. Saluador Dominguiz conf. Petro Caluo conf. Garsia Pelaiz conf. Domingo Pelaiz conf. Pelagio Petriz conf. Martin Morat conf. Iohannes ts. Domingo ts. Pelagio ts. Pelagius notuit.

66—P.

Letra francesa, 0,51×0,17.

LXXXIX

Donación de una heredad en Bercianos, otorgada por Elvira Sánchez y su marido en favor de Álvaro Rodríguez.

30 Mayo. A. 1157.

XPS. Magnum est enim titulum donationis in qua nemo potest actum largitatis inrumpere sed quidquid grato animo expontanea nostra uolumptate pro faceremus tibi kartula iam sepe dicto Ieluira Sanxez damus et concedimus illa nostra hereditate et illa hereditate iacet in uilla que uocitant Bercianos in alfoz de Cea et ista hereditate fuit de don Esydro que dedit a mihi Ieluira Sanxez in arras damus nos Ieluira Sanxez et Petro Moniuz et donamus a uobis Aluaro Roderiguiz casas solares ortos terras uineas pratos exitos afontes et a montes et illos solares con totas suas deuisas cesum regressum quantum potueritis inuenire. Et ista hereditate fuit de don Esydro Petriz et damus in roboramento I.º gauilan et damus nos ista hereditate a uobis don Aluaro neque permetum neque perturbatum sensum sed de tota uolumptate et de tota mente et pro amorem ita ut de hodie die et tempore de iuri nostro abrasa et in uestro iuro sit tradita atque confirmata abeatis teneatis uos qui uolumptate uestra fuerit. Et qui istum scriptum ad inrumpendum uenerit uel uenerimus tam propinquis quam extraneus quomodo sedeant excomunicatus et maledictus de Deo et de homines et non habeat parte in reguo Dei sed cum Datam et Abiron et cum Simone mago rege atque Nerone et angeli eius in eterna dampnatione in secula seculorum amen et in captum CC.os morabitinos et ipsa hereditate duplata uel triplata in simile tale loco meliorata. Facta kartula quoddum die quod erit III.º kalendas Junii. Era M.ªC.ªL.ªXXXX.ªV.ª Regnante rex Adefonsus imperator in Legione et in Toletula et in Baeza et in Almaria. Iohan episcopus in se-

dis sancta Maria. Regina imperatrix dona Anrica. Et in Legione don Ponz de Uenerba illas torres tenente. Maiorino in Legione Petro Bazan. Abas in sancti Facundi Dominicus. Merino in Carrion et in Saldadia don Buso.

Ego Petro Moniuz Eluira Sanxa in anc kartula donationis manus nostras roboramus et signum fecimus. ✠ Et de prima pars iace Perales et de secunda pars iace Gordaliza et de tercia pars iace sancta Alexandria.

Qui presentes fuerunt Cite ts. Dominico ts. Velite ts. Qui confirma Nicola Roderiguiz conf. Don Asur conf. Pelaio Dominiguiz conf. Pelaio Ciprianez conf. Guter Ciprianez conf. Iohanes notuit.

67—P.

Letra francesa, 0,40×0,17.

XC

Donación de una heredad en Valdealiso, otorgada por Urraca Pérez y sus hijos en favor del monasterio de Eslonza.

31 Enero. A. 1161.

XPS. Principium scripti fiat sub nomine Christi. In Dei nomine. Ego Urraka Petriz una cum filiis et filiabus nostris Fernandus Petriz Isydorus Petriz Martinus Petriz Eluira Petriz Maria Petriz facimus kartulam donationis ad sanctum Petrum de Elisoncia de ereditate nostra propria quam habemus in uilla que uocitant Uallis de Aliso pro remedio animarum nostrarum et pro anima mariti mei Petrus Martiniz qui uia iherosolimitana ab hoc seculo dicessit et pro quatuor morabetinos quos ego debebam ad supra fatum monasterium quos eciam tulerat secum maritus meus supra dicta iam uia. Offerimus itaque supra dictam hereditatem Deo et altari sanctorum apostolorum Petri et Pauli de Elisoncia abbati eciam Petro et omnibus monachis

eodem in loco degentibus tam presentibus quam futuris hereditatem prenominatam duos solares cum omnibus sibi pertinentibus sicut nos uel parentes nostri habuerunt cum exitibus cum diuisis cum terris cum uineis cum pratis cum aquis cum montibus cum pascuis cessum uel regressum ubi potueritis inuenire totum concedimus uobis iure hereditario habeatis possideatis faciatis de illa quod uolueritis. Siquis autem hoc factum nostrum tam ex genere nostro quam ex alieno quod fieri minime credimus infringere conatus fuerit imprimis sit excomunicatus et a consorcio christianorum sequestratus non uideat lucem nec ortum surgentis aurore cumque contigerit eum de hoc seculo exire uolutus tetra caligine demergatur in inferno inferiore amen et a partem illius qui uocem pulsauerit persoluat centum morabetinos purisimi auri et ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in tali loco uel in meliori et hoc factum nostrum firmissimu habeat tenorem. Facta kartula die III^{a} feria quodum quod erat pridie kalendas Februarii. Luna I^{a} in Era M.^{a}C.^{a}LXXXX.^{a}VIIII.^{a} Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. Maiordomus aule regis comes Poncius. Gubernante illas turres Legionis Poncius Minerue. Maiorinus in Legione Dominicus Froyla. Episcopus in sede sancte Marie legionensis Iohannes Albertin.

Qui presentes fuerunt. Domnus Abril conf. Fernandus Brauolii conf. Didacus Fernandiz conf. Petrus ts. Donimicus ts. Iohannes ts. Martinus notuit. ✠

Ego Urraka Petriz cum filiis et filiabus meis Fernandus Petriz Ysydorus Petriz Martinus Petriz Eluira Petriz Maria Petriz hanc kartulam quam iussimus fieri manibus nostris roborauimus et ✠ fecimus.

68—P.

Letra francesa, 0,35×0,15.

XCI

Carta de donación de una heredad en la villa de Publiellos, hecha por Urraca Martínez en favor del monasterio de Eslonza.

19 Setiembre. A. 1163.

XPS. In nomine Domini Patris uidelicet et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Urracha Martini facio cartulam donationis de propia mea hereditate que habeo in territorio legionensi in uilla que uocitant Publiellos in ipsa uilla meam portionem quam me quadrat inter meos germanos offero et concedo ecclesie sanctorum Petri et Pauli que est sita in uallis Elisoncie et uobis Petro abbati et omnibus monachis ibi Deo seruientibus tam presentibus quam futuris pro remedium anime mee et parentum meorum etiam et fratrum meorum tali pacto et tali tenore ut numquam inde exeat nec eam detis in prestamio, dono uobis atque concedo hanc supra dictam hereditatem sicut ego habeo uel habere debeo ingressus et regressus pratis, pascuis, fontes, diuisis et etiam do uobis porcionem meam de una casa cum totas suas directuras quam habemus in Uilla Moratel. Siquis hoc meum factum quod ego sano animo et prompta uoluntate iussi facere ad irrumpendum uenerit tam de nostris quam de alienis quisquis fuerit sit maledictus et excomunicatus a Deo et beate Marie et omnibus sanctis et cum Iuda proditore in inferno dampnatus amen et ipsa hereditate duplet uel triplet in tali loco et ad partem regis pectet X libras argenti et careat uoce et hoc meum factum firmum maneat semper.

Facta karta in Era M.ªCC.ªV.ª et quodum tercio X.º Kalendas Octuber. Regnante rege domno Fredenando in Legione et in Gallecia cum uxore sua domina Urraca. Maiordomus aule regie comes domnus Poncius. Iohannes episcopus in sede sancte Marie. Ego Urraca Marti-

ni kartam quam fieri iussi et legendo audiui manu propria roboraui et signum feci. ✠

Comes Ramirus conf. Didacus Fredenandi conf. Fredenandus Roderici conf. Gundissalus Martini conf. Dominicus Froila conf. Iohannes capellanus sancti Martini conf. Qui presentes fuerunt. Iohannes ts. Petrus ts. Martinus ts. Adam notuit. ✠

69—P.

Letra francesa, 0,29×0,19.

XCII

Carta de donación de unas heredades en Manseleia, otorgada por Pedro Arias y su mujer en favor de Fernando Tizón y la suya.

Febrero. A. 1165.

XPS. In Dei nomine. Ego Petrus Arias et uxor mea Constantia Osoriz a uobis Fernan Tizon et a uxor uestra Sol Nicholaz in Domino Deo eterne salute amen. Ideo placuit nobis per bona pacis et per bona uoluntas et propter amorem uestrum que habuimus contra uobis donamus a uobis una hereditate que habuimus in Manseleia cum sua diuisa et cum suos solares cum pascuis cum mulinaribus cum exitibus cum arboris fructiferis et non fructiferis cum cesum et regressum et cum illa tota causa que habetis et que uos potueritis inuenire in uita uestra, et habet afrontaciones de prima parte Mansela de illa ponte de II.ª parte Mansella de hereditariis de III.ª parte sancta Elena de IIII.ª parte Sandoual et damus a uobis in aluaroc uno capello. Si quis tamen aliquid uenerit uel uenerimus tam filiis quam etiam neptis uel de nostris propinquis aut extraneis hunc factum nostrum inrumpere uoluerit sedeat excomunicatus et a fide Christi separatus cum Iudas traditore lugeat penas in inferno inferiore amen et pectet in cocto C.ᵐ ibras aureas. Facta kartula de ista condonatione VI nonas Februa-

rias in Era M.ªCC.ªIII.ª Regnante rex Fernandus in Legione. Rex Alifonsus in Castella. Comite Poncius de Menerba tenendo torres de Legione et de Coanca. Comite Ramiro in Aguilar. Comite Petrus in Asturias. Episcopus Iohannes in sede sancte Marie Legionensis. Episcopus Fernandus in Astorga. Stephanus episcopus Zamoranensis. Villicus regis Petrus Alrot. Velasco Petriz conf. Donnus Aprilis conf. Aluarus Ciprianus conf. Michael Tomas conf. Alifonsus conf. Abate de Aruas conf. Petrus testis. Dominicus testis. Iohannes testis. Et bonos homines et mulieres auditores et sapitores et hoc signum roboramus. ✠ Iohannes notuit. Pro anima eius. Pater noster.

70—P.

Letra francesa, 0,41×0,15.

XCIII

Carta de avenencia otorgada por el monasterio de Eslonza de una parte, y de otra Miguel Arias y Roman, clérigo, sobre la iglesia de Santiago de Villafafila.

8 Julio. A. 1165.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Notum est omnibus morantibus in Lampreana et in Uillafafila quod ecclesie sancti Jacobi qui est in eadem uilla est comunis inter monasterium sancti Petri Elisonzie et Michaelem Arias et Romanum clericum et suos heredes scilicet medietas ipsius ecclesie est predicti monasterii et alia medietas iam dictorum heredum. Ne itaque insequentibus temporibus inter predicti monasterii monachos et prenominatos heredes aliqua controuersia super iam dicta sancti Jacobi ecclesia debeat oriri aut si orta fuerit de facili rationabiliter possit decidi placuit utrisque conuenientiam in die consecrationis ipsius ecclesie unanimiter et concorditer in presentia Domini Ferdinandi astoricensis ecclesie reuerendi antistitis consilio etiam et mandato eius factam in scripto re-

digere. Est autem hoc conuientia uidelicet ut capellanum in iam nominata ecclesia sancti Jacobi monachi et heredes uel eorum successores uel communiter prouideant uel ipsius ecclesie officia per totum annum medietatem monachi et aliam medietatem heredes compleri equaliter faciant. Similiter quicquid in primiciis decimis oblationibus mortuorum laxationibus et in omnibus aliis beneficiis predicte ecclesie sancti Jacobi prouenerint data prius tercia decimarum astoricensi ecclesie monachi et heredes pro medium diuidant hoc tamen obseruato de comuni consensu ut ecclesia sancte Marie que iuxta ipsam ecclesiam sancti Jacobi est propter quam in parrochianis grauamen aliquod seu detrimentum nec paciatur nec inferat. Facta conuenientia VI° idus Julii Era M.ªCC.ªIII.ª Regnante rege dompno Fernando cum regina domna Urracha in Legione Toleto Gallecia et Asturiis. Comite dompno Nunno et Fernando Roderici tenentibus Uillam Fafilam. Dompno Fernando astoricensium episcopo. Qui presentes fuerunt uiderunt et audierunt. Michael Petriz conf. Iohannes Petriz conf. Dominicus Petriz conf. Petrus de Legione conf. Pelagius Iohannis conf. Iohannes Iohannis conf. Petrus Iuliani conf. Yspanus conf. Fernandus Martini conf. Petro ts. Iohanne ts. Pelagio ts. Facundus notuit. ✠

71—P.

Letra de privilegios.—Carta partida, 0,17×0,30.

XCIV

Carta de donación de una heredad en territorio de Caso, otorgada por Martín Díaz en favor del monasterio.

17 Junio. A. 1171.

XPS. Sub nomine Christi fiat principium scripti. In Dei nomine. Ego Martinus Didaci de Ferreras quamuis peccatorum mole grauatus tamen de Dei misericordia ualde confisus credens per elemosinarum

beneficia mea posse extingui delicta atque per orrescens terribilia Domini dicta dicentis: multos esse uocatos ad cæli regna paruus uero numerus eorum quibus datur ingressus ad ea. Ideoque desiderans in illo et ex illo pusillo Domini grege esse cui promissa sunt gaudia que nec oculus uidit nec auris audiuit neque in corde hominis sunt ascensa horum omnium memor ego infelicissimus de hereditate mea propia non nulla sequestro offerenda omnipotenti Deo et appostolis eius Petro et Paulo de Elisontia abbati etiam Martino monachis que omnibus qui sunt uel futuri sunt in supradictorum apostolorum casa. Offero itaque uobis domnis apostolis hereditatem meam que est in territorio de Caso discurrente flumine Nelon in locis nominatis. uilla que uocitant Taranna per suis locis et terminis antiquis ex una parte per illo Franco et ex alia parte per illo Posatorio infra istos terminos quantum potueritis inuenire ab integro et in alio loco in illos cobos, casas et hereditates et in alio loco in Soto et in Uillaiusti quantum michi pertinet et sancta Maria de Uelerda cum suis pertinentiis quomodo hereditabit illas Adefonsus imperator et in alio loco in uilla que uocitant Ueneros in ipsa uilla quantum michi pertinet et in alia uilla que uocitant Neues uno solare cum sua diuisa et cum sua hereditate. Quidquid ego Martinus Didaci in istis uillis supradictis habeo de auorum et parentorum meorum uel de gananciis seu de comparationibus cum exitibus cum diuisis cum pascuis cum pratis et pomariis cum montibus et aquis cum molinariis et piscariis cesum uel regresum ubicunque inuentum fuerit. Aditio etiam uobis aliam uillam in territorio Riannio discurrente flumine Estula uilla que uocitant Barrio ab integro cum pratis et pascuis cum molinariis et piscariis cum pomariis et omnibus sibi pertinentiis cesum et regresum ubicumque potueritis inuenire. Do etiam uobis aliam uillam que uocitant Feruenzosa que teneo inpennada pro centum morabitinos de Petro infanzone tali pacto quod si traxerit eam usque ad decem anos sicut scriptum habemus inter nos det uobis ipsos morauitinos centum, sin autem transierint decem annos ipsa hereditate sit uendita et in uestro dominio sit tradita iure hereditario habenda. Siquis autem quod fieri minime credo ex genere

meo uel ex alieno hoc factum meum disrumpere uoluerit in primis sit excomunicatus et a consortio Christianorum sequestratus non uideat lucem nec ortum surgentis aurore cumque contigerit eum de hoc seculo exhire deiectus in inferno inferiore multetur eterna damnatione a generatione in generationem amen et ipsam ereditatem quam calumniauerit duplet uel triplet in tali seu simili loco et a parte regis mille morabitinos exoluat et hunc factum nostrum firmun habeat roborem. Facta kartula die quod erit II.ª feria XI kalendas Iulii in Era CC.ªVIIII.ª post M.ª Regnante rege Fredinando in Legione et in Gallecia cum Regina Urraca sibi coniuge. Maiordomus aule regie. comes Urgelensis. Iohannes Albertini presidente in sede sancte Marie legionensis.

Qui presentes fuerunt. Nunno Menendiz conf. Aluaro Roderici conf. Didacus Fernandi conf. Fredenandus Roderici conf. Suarius Roderici conf. Pelagius Tabladello conf. Comes Adefonsus conf. Froila Ramirez conf. Episcopus ouetensis conf. Episcopus astoricensis conf. Archidiaconus Arnulfus conf. Abbas sancti Isidori conf. Martinus ts. Iohannes ts. Dominicus ts. Iohannes scriba notuit.

Ego Martinus Didaci de Ferreras in hac kartula donationis quam fieri iusi et relegendo audiui manus roboraui et signum feci.

72—P.

Letra de privilegios, 0,56×0,34. Hay otro ejemplar de letra coetánea y una copia de letra itálica.

XCV

Venta de unos solares en Villa Moros, otorgada por María Pelaez y por Sol Pelaez, con sus maridos, en favor de Diego Pérez y su mujer.

Marzo. A. 1173.

XPS. Sub nomine et honore summe et indiuidue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego Maria Palaz cum marito meo don Isidro et ego Sol Palaz cum marito meo Domingo Saluadorez, uendimus tibi Dego Pedrez et uxori tue Maria Domingez duos solares cum suos exidos et cum suos muradalos et unum ortum in Uilla Moros in lalfoz de Uillalil inter la Cenia et Uillaelquit non per metu neque per ebrietatem, sed propria nostra accessit uoluntas ut uenderemus uobis hanc hereditatem; et isti duos solares se tenent in unum, de prima parte iacet solar de Sol Esteuenez, de secunda parte solar de Fernant Martinez, de tercia parte solar de filios de Palai Fauiutt; et in orto de prima parte iacet solar de filios de Palai Fauiutt de secunda parte terra de Sol Esteuenez, de tercia parte careira que uadit ad eclesiam, et istam hereditatem uendimus tibi Dego Pedrez et uxori tue Maria Domingez et concedimus et accepimus in pretio ego Maria Palaz in mea parte tres marabetis et ego Sol Palaz in mea parte unam asinam et dimidium marabotin et in roboramento panem et uinum et pescado, et pro tota ista hereditate de precio et de aluaroc nichil remansit pro dare sed totum completum est. Siquis autem de nostris uel de extraneis istam cartam a nobis uobis factam et inconcilio legitime raboratam frangere uel uiolare temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et insuper uobis illam hereditatem duplatan uel triplatam et in tali loco melioratam et uobis uel qui uestram uocem pulsauerit pecet in coto triginta marabetis. Facta carta Era M.ªCC.ª undecima, die VI.ºX.º kalendas Aprilis.

Regnante rege Fernando cum uxore sua dona Urracha in Legione et in Gallicia. Iohannes legionensis episcopus. Tenente turres in Legione Fernant Rodrigez el castelano. In Castro terra Iohannes legionensis episcopus. Qui presentes fuerunt et audierunt: Fernat Martinez conf. Palai Martinez conf. Pedro Palaz conf. Pedro Moro teste. Martin Ciprianez ts. Pedro Bernaldo ts. Cydi ts. Xabbi ts. Vellidi ts. Ego igitur Maria Palaz cum marito meo don Isidro et ego Sol Palaz cum marito meo Domingo Saluadorez hanc cartam quam fieri iussimus et lectam audiuimus ✠ propriis manibus roboramus et confirmamus. Raimundus notuit et conf.

73—P.

Letra francesa, 0,33×0,13.

XCVI

Venta de un solar junto á Santa Maria de Villafafila, otorgada por Juan Spora, en favor de Miguel Remoluda, previas ciertas condiciones.

3 Enero. A. 1174.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis uidelicet Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Iohannes Espora inflamatus diuino spiramine et intentus sollicitudinem martem *(sic)* non tantum curans presenti lucro quantum prouidens futuram utilitatem domui sancte Marie de Uilla fafila et beatorum apostolorum Petri et Pauli Elysoncie quorum ego quamuis nimis indignus et omni fece pecatorum plusquam nimium pregrauatus atque piger et inutilis seruus sum seu monachus caro animo pronaque uoluntate uendo unum solarem quod est iusta supra fatam ecclesiam beate Marie tibi Micaeli Remoluda et uxori tue Eugenia tali pacto et tali tenore ut tu et filii tui uel quicumque in eo morantes fuerint similiter qui in eum partem habere uoluerint ubicumque fuerint longe aut prope semper sint feligreses illius ecclesie que predixi-

mus et si hoc facere noluerint dimittant ommino solarem cum omni labore qui in eo fuerint et reuertatur ad predictam ecclesiam super hec notum sit omnibus quod dedistis mihi in precium duos morabitinos hoc quod mihi et uobis bene complacuit quamuis ego eum emptum abuerim propter V. morabetinos optimi auri et medium in cebaria. Quisquis autem hunc factum nostrum quos nos caro animo et spontanea uoluntate fecimus ad disrumpendum uenerit quisquis ille fuerit qui talia comiserit in primis sit excomunicatus et anethematizatus et cum Dathan et Abiron dampnatus et cum Iuda Domini proditore luat penas inferni inferiore et a parte regis uel qui uocem huius kartule pulsauerit persoluat centum morabitinos. Facta kartula noto die quod est V.ª feria tercio nonas Ianuarii. Luna quidem XX.ªVI.ª Era CC.ªXII.ª post M.ª Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. In sede sancte Marie astoricensis episcopus nomine Arnaldus. Maiordomus aule regis Aluarus Roderici. Qui presentes fuerunt. Fernandus Roderici conf. Petro Catiuo conf. Rodericus Herexeda conf. Dominico Petriz conf. Migael Salgado conf. Dominico Fagundiz conf. Pelagius ts. Petrus ts. Dominicus ts. Ego Iohannes Espora hanc cartulam qua iussi fieri manibus meis roboraui et signum ✠ feci. Ramirus notuit. ✠

74—P

Letra francesa, 0,36×0,19. Hay otro ejemplar de letra coetánea.

XCVII

Carta de venta de una heredad en Villafafila, otorgada por Pedro Fedo y su mujer Justa Núñez en favor del monasterio de Eslonza.

25 Mayo. A. 1177.

In nomine Patris et Filii ac Spiritu Sancti ab utroque procedens nec non cum ipsa Trinitate cooperante in perpetuum. Ego Petrus Fedo et uxor mea Iusta Nunez tibi Iohanni Spore obedienciali monasterii

sancti Petri Elisoncie facimus kartulam hereditatis nostre quam habemus de parentibus nostris in territorio Lampreane in uilla que uocitatur Uillafafila et est ipsa hereditas una pausada ad Laroia hoc quod in ea habemus hoc tibi damus atque relinquimus atque monasterio sancti Petri Elisoncie et ego Iohannes Spora do tibi Petro Fedo et uxori tue Iuste Nunez duos morabitinos pro predicta pausada quod bene complacuit inter nos et uisum fuit nobis satis iuste. Siquis hoc scriptum nostrum ad dirumpendum uenerit tam exprogenie nostra uel nos uel extraneus qui frangere uoluerit in primis sit excomunicatus et acorpore Domini separatus et cum maledictis dampnatus et cum adulteris collocatus et cum Iuda Domini traditore luat penas ageneracione in generacionem et careat afronte luminibus amen et reddat ipsam hereditatem duplatam uel triplatam in tali uel simili loco meliorata et qui uoce huius kartule pulsauerit reddat XXX.ª libras auri. Era M.CC.XV. et quotum VIII.º kalendas Aprilis. Regnante rege Fernando in Legione et in Galicia. Sub Dei gratia episcopus Astoricensis Fernandus. In Legione episcopus Iohanes Albertinus. Maior domnus aule regis Gundisaluus Osoriz. Villicus in Uillafafila Abraham iudeus. Ego Petrus Fedo et uxor mea Iusta una cum parentibus meis atque cum parentibus uxoris mee predicto tibi Iohanni Spore hanc kartulam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus atque signum fecimus. ✠ Qui presentes fuerunt. Dominicus Petriz conf. Michael Salgado conf. Dominico Roderici conf. Iohannes Facundiz conf. Pelagius Iohannes conf. Domingo ts. Iohannes ts. Pelagio ts.

75—P.

Letra francesa 0,24×0,11.

XCVIII

Donación de la mitad de la iglesia de Mansilla con otros bienes otorgada por Pelayo Domínguez en favor del monasterio de Eslonza.

31 Agosto. A. 1178.

XPS. In Dei nomine amen secula existentis eterni uidelicet redemptoris et pii. Ego Pelagius Donimiguid pauescens in presentiam Dei bonis operibus æsæ denudatum dum constet nos nudos in hoc seculo natos foræ nudos tibi abeo recedere tantum exillo tollentes quantum in eo intulimus opportet ergo ut quod ab omnipotente Deo accepimus illiqumque fideliter reddamus. Igitur pro abolendis peccatorum maculis ego iam supra fatus Pelagius sine ulla perturbatione uel aliqua necessitate propria equidem uoluntate, parua pro magnis offero ad altare sublimium apostolorum Petri et Pauli abbati etiam Martino et omnibus fratribus ibi nocte dieque Deo militantibus offero etiam omnem meam partem scilicet medietatem ecclesie sancti Michaelis de Mansella cum suo cimiterio et una casa que iusta eam est sita pro thesauro cum libris etiam et uestimentis cum omnibus suis pertinentiis do et concedo iam supra fatis sanctis ut in illorum suffragiis anima mea eruatur aflammis tarthareis. Et si aliquis homo unquam ductus cupiditate contra hunc factum meum ame sponte patratum ad infringendum uenire temptauerit tam de extraneis quam etiam de propinquis quisquis ille fuerit qui talia mouere conauerit a sancte ecclesie secernatur gaudio et alienetur acetu catholico ereat eius lingua in palati antro ne aspiret confessionis sermo in die suppremo, sit segregatus a Christi comunione, dampnatus cum Iuda Domini traditore multetur penas cum Dathan et Abiron in eterna dampnatione, derelictus a Christho in inferno inferiore ut has penas patiatur in generatione et generatione amen, et ad partem regis uel qui uocem eius pulsauerit persoluat L libras auri

purissimi et ipsam ecclesiam sit duplatam uel triplatam in tali loco uel in meliori et hoc factum meum permaneat firmum. Facta kartula sub Era M.ª CC.ª XVI.ª et quotum pridie kalendas Setembris. Regnante rege Fernando in Legione et in Galletia. Maior domus aule regis comes Vrgelensis. Guterrus Roderici tenente Mansella. Iohannes episcopus in sede sancte Marie legionensis. Qui presentes fuerunt. Fernandus Roderici conf. Pelagius Tauladello conf. Petrus Ordonii conf. Pelagius sancte Elene conf. Ioan Preste conf. Martinus Iohannes conf. Petrus ts. Ihoannes ts. Dominicus ts. Ego Pelagius Dominiquid hanc kartulam quam fieri iussi manibus meis roboraui et signum ✠ feci. Lupus notuit.

76—P.

Letra de privilegios, 0,34×0,23.

XCIX

Venta de una heredad en Moral, otorgada por Rodrigo Díaz en favor del monasterio de Eslonza.

Diciembre. A. 1179.

XPS. Principium scripti fiat sub nomine Cristi. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris ad quorum aures littere iste peruenerint quod ego Rodericus Didaci fatio kartam uendicionis iure hereditario in perpetuum ualituram Deo et monasterio beati Petri Helisontie et uobis dompno Martino eiusdem ecclesie abbati et toto conuentui monachorum ibidem Deo seruientium de omni hereditate mea quam abeo uel abere debeo in Moral scilicet ecclesiam, terris, pratis, pascuis, paludibus, montes, fontes, ingressum et regressum quantum ibi abeo uel abere debeo totum ab integro uendo uobis tali pacto ut extraatis eam apignore de Guillelmo uinatore qui tenet eam pro centum morabetinos et mando dompno Guillelmo et uxori sue uel qui hanc

hereditatem tenuerit ut quando abbas uel conuentus sancti Petri dederint uobis centum morabitinos tunc in pace et quiete dimittatis hanc hereditatem monasterio quia primitus uendidi eam abbati et conuentui sancti Petri et recepi ab eis in signum duos aureos; et ista hereditas de hoc die et tempore sit de iure meo abrasa et dominio uestro tradita et concessa, potestatem abeatis uendendi donandi conmutandi faciendi ex ea quic quid uobis placuerit et in roboratione huius kartule accepi a uobis unam mulann in quindecim morabitinos apreciata. Siquis igitur hoc factum meum infringere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Datan et Abiron et cum Iuda traditore in inferno damnatus et a parte regis uel qui uocem huius karte pulsauerit pectet quingentos aureos et duplet hereditatem et careat uoce et hec karta semper sit firma. Facta karta uendicionis in Era M.ªCC.ªXVII.ª et mense Decembrio. Regnante rege dompno Fernando cum filio suo dompno Adefonso in Legione Galletia Asturias et Strematura. Comes urgellensis Maiordomus regis et tenente turres Legionis. Venerabili dompno Maurico cathedram Legionis tenente.

Martinus abbas conf. Petrus Uillanus prior conf. Dompnus Gundisaluus conf. Rodericus Ponzardi conf. Iohannes prior conf. De sancto Isidro. Dompnus Gutericus canonicus conf. Dompnus Marcus conf. Dompnus Dominicus prior sancti Michaelis conf. Dompnus Helias canonicus conf. Dompnus Guterius Urguioso conf. Gutericus Roderici conf. Marcus Guterici conf. Urracha Martini eius cognata confirmat. Petrus notuit. Ego Rodericus Didaci hanc kartam uenditionis quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et signum facio. ✠

77—P.

Letra francesa, 0,52×0,31.

C

Donacion de unas heredades en Villa de Moros y en otros lugares, otorgada por Pelayo Martin y su mujer Gontrodo en favor del monasterio de Eslonza.

A. 1179.

XPS. In Dei nomine, ante secula existentis uidelicet redemptoris et pii. Ego Pelagius Martini et uxor mea domna Gontrodo pauescentes in presenciam Dei bonis operibus esse denudatos, dum constet nos nudos in hoc seculo natos fuisse nudos et habeo recedere tantum ex illo tollentes quantum in eo intulimus, igitur pro abolendis peccatorum maculis sine ulla perturbatione uel aliqua necesitate, parua pro magnis offerimus ad altare sanctorum Petri et Pauli ad sustantiam seruorum Dei abbatis Martini et fratrum inibibi die nocteque in Dei seruitio permanentium, offerimus itaque omnem propriam hereditatem nostram qua cumque ex auiis uel parentibus nostris iure hereditario Deo miserante possidemus quendam etenim pars huius hereditatis iacet iusta fluuium Estule in uilla qua uocitant Uilla Moros, altera uero pars iacet in Super riba in uilla pernominata uilla Abdella, altera etenim in ual de Fenar, que dicitur Candanedo, altera namque en ual de Ceruera, in uilla quam uocitant Uega, per loca et terminos suos, terras, uineas, arbores, fructuosas et infructuosas, molinarias, pischarias, fontes, prata, montes siue diuisas, cessum et recessum et que cumque ibi possidemus, damus et concedimus iam suprafatis sanctis ut in illorum sufragiis anime nostre eruantur a flamis tharthareis. In huius rei testimonium prefati monachi donant nobis in prestamio unam uillam quam uocitant Caniones, et concedunt uxori meæ per duos quosque annos unam monachalem pelliciam per soluere et si uitam suam mutare uoluerit dabunt ei portionem comextionis quasi uni ex illis et dabunt ei seruum et ancillam ad seruiendum illi quibus de proprio monachorum erit uictus et uestimentum. Et ipsa quasi unus ex monachis obedientie

sit semper subdita. Si quis uero contra hoc factum nostrum quod nos caro animo et integra mente fieri decreuimus ad disrumpendum uenerit, quisquis ille fuerit qui talia commitere temptauerit, in primis sit excomunicatus et cum Iuda Domini traditore per luat penas in inferno inferiore, et ad partem regis uel qui uocem huius kartule pulsauerit mille purissimi libras persoluat auri et hereditatem in simili loco duplatam. Facta oblationis kartula noto die qui est VI feria. Era X^{a}VII^{a} post millesima. (1) Regnante rege Fernando cum regina Tharesa in Legione et in Gallecia. Episcopus in sede legionense Iohanes Albertin. Qui presentes fuerunt: Abbas Martinus conf. Froila Ramires conf. Fernandus Roderici conf. Petrus Didaci conf. Omne capitulum supra fati monasterii conf. Ego Pelagius Martini una cum supra fata uxore mea hanc karta qua fieri iussimus manibus nostris roborauimus et sig ✠ num fecimus. Petrus ts. Martinus ts. Ciprianus ts. Lupus notuit.

78—P.

Carta partida por A. B. C. de letra francesa, 0,37×0,20. Hay otro ejemplar del mismo documento de letra de fines del siglo XII.

CI

Restitución de la mitad de la iglesia de la villa de Devesá, hecha por Fernando Pelaez en favor del monasterio de Eslonza.

3 Setiembre. A. 1180.

XSP. Notum sit tam presentibus quam futuris qui huius kartule scribturam uiderint et legerint uel audierint quod ego Fernandus Pelagii una cum uxore mea dompna Marina expauescens uocem Domini terribilem qua nos terret dicens: non concupisces rem proximi tui et rapinas nolite concupiscere et qui de rapina offert Deo sacrificium quasi qui uictimat filium in conspectu patris. Tot et tantis minis perte-

(1) La fecha de este documento está equivocada por haberse suprimido en ella dos C; corresponde al año 1179 en cuya época era rey de León D. Fernando II; obispo de esta ciudad Juan Albertin, y vivía el notario Lope que otorgó este documento, pues su nombre aparece en dos cartas de donación escritas por el mismo, una en el año 1178 y otra en 1181.

rritus ego Fernandus Pelagii una cum uxore mea iam dicta Marina facio kartulam Martino abbati monachisque sibi subiectis qui famulantur Deo die ac nocte in templo eius uidelicet apud sanctum Petrum Helizoncie de medietate cuiusdam ecclesie quam usque nunc iniuste possedi et per uiolenciam olim monasterio sancti Adriani abstuli, alia nanque medietas est predicti sancti Adriani monasterii et est prenominata ecclesia in uilla quam uocitant Deuesa inalfoz de Buennar, huius quippe medietas ab hac die et deinceps sit a nostro iure abrasa et dominio sancti Petri Helizoncie tradita tali uidelicet pacto ut prestimonium quod dant nobis in predicta uilla Deuesa habeamus possideamus quanto tempore uixerimus et post mortem nostram remaneat ad sanctum Petrum uidelicet post mortem amborum. Et quicumque hoc scriptum a nobis factum infringere temptauerit siue sit ex mea generacione siue ex aliena in primis sit maledictus et excomunicatus, dextruatur et tabescat, expectet lucem et non uideat nec ortum surgentis aurore, expectet pacem et non ueniat ei bonum tempus curacionis et subito fiat ei perturbacio, obscurentur oculi eius ne uideant et dorsum illius incuruetur, fiant filii eius orphani et uxor eius uidua, serat et alius comedat, plantet et alius bibat, uxorem habeat et alius cum ea dormiat et post hoc luat penas in inferno inferiori cum Iuda Scariote uel cum Datam et Abiron, insuper pectet mille morabetinos ad partem illius qui huius karte uocem pulsauerit duplata uel triplata hereditate in simili loco. Facta kartula sub Era M.ª C().ª XVIII.ª quodum III.º nonas September. Regnante rege Fredinando in Legione et in Gallecia. Alfierez Gonzaluus Roderici. Maiordomus comes Urgelensis. Iohanes in sede sancte Marie episcopus. Ego Fernandus Pelagii una cum uxore mea dompna Marina hanc kartam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et signum roboracionis inprimo. ✠ Rodericus Fernandi conf. Rodericus Guterrii conf. Didacus Petri conf. Martinus Iohanes conf Marcus Guterrii conf. Somna Bacon conf. Petrus ts. Pelagius ts. Iohanes ts. Iohanes notuit. ✠

79—P.

Letra francesa, 0,44×0,21.

CII

Carta de donación de unas heredades en Vega de Balnear y en otros lugares, en favor del monasterio, por Mayor Meléndez.

15 Enero. A. 1181.

XPS. Non debent dimiti que nos uocant ad celestia Christi et quia non est nobis in hoc mundo thesaurus durabilis nec manens ciuitas illuc thesaurizare debemus ubi est uite eternitas iuxta illud euangelicum: Tesaurizate uobis thesauros in celo ubi nec erugo nec tinea demolitur et ubi fures nec fodiunt nec furantur. Qua propter ego Maior Melendiz timeo et ualde pertimesco ante presentiam Dei bonis operibus esse denudatam dum constet nos nudos fore natos in hoc seculo nudi eciam recedere abeo tantum tollentes exillo quantum intulimus in eo et idcirco in Dei nomine ante secula existentis eterni redemptoris et pii parua pro magnis offero ad altare sublimium apostolorum Petri et Pauli et Martino abbati omnibusque fratribus in loco suprafato nunc et semper comorantibus offero igitur inprimis pro illuminacione ecclesie et sustentacionibus pauperum necessitatibusque monachorum Christo inibi die noctuque famulancium et propter hereditatem de Pormiela que est iusta flumen Porme quam mihi dederunt in prestamio ut eam possiderem in omni uita mea propter hec omnia et propter hanc conuenienciam concedo predictis fratribus omnem hereditatem quam iure hereditario Deo miserante habeo in uillis pernominatis uidelicet Uega de Balnear que est iusta flumen Porme et Uilla Centol et Uilla Noua que iacet inter fluminibus Ceie et Estule ut habeant et possideant in perpetuum et quod uolumptati sue libitum fuerit de illa semper faciant et ipsa hereditas est per nominata locis et terminis suis scilicet suis scilicet terras uineas arbores fructuosas et infructuosas prata pascua molinarias piscarias fontes montes ecclesias siue diuisas

cessum et regressum domitum et indomitum omnia que ibi inueniuntur do et concedo tam suprafatis sanctis ut in illorum suffragiis anima mea omniumque parentum meorum eruantur a flamis tartareis. Si uero aliquis homo iniqua ductus cupiditate contra hunc factum meum ame sponte patratum ad infringendum uenire temptauerit tam de extraneis quam eciam de propinquis quisquis ille fuerit qui talia mouere conauerit a sancte ecclesie secernatur gaudio et alienetur a cetu catholico ereat eius lingua in palati antro nec aspiret derelictus a Christo in inferno inferiore ubi paciatur penas sine fine amen. Hec autem kartula ame facta et manu propria roborata permaneat intacta ualitura per secula cuncta amen et ad partem regis pariat mille morabitinos. Facta kartula sub Era M.ªCC.ªXVIIIIª et noto die quod est XVIII kalendas Februarii. Luna XX.ªVI.ª Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. Maiordomus aule regis comes urgelensis. Episcopus in sede sancte Marie legionensis Iohannes Albertin. Ego Maior Melendi hanc kartula quam fieri iussi manibus roboraui et signum ✠ feci. Qui presentes fuerunt. Archidiaconus Manrich conf. Nicholaus archidiaconus conf. Petrus Arnaldus conf. Nunnus prior conf. Martinus Fanon conf. Iohannes conf. Melendus Iohannes conf. Lupus conf. Fernandus Gondissalus conf. Petrus ts. Iohannes ts. Dominicus ts. Lupus scripsit. ✠

80—P.

Letra francesa, 0,40×0,11. Existe un ejemplar de letra coetánea.

CIII

Donación de una heredad en Moral, otorgada por Pedro Díaz y su mujer en favor del monasterio.

19 Enero. A. 1181.

XPS. Nobilis est thesaurus pagine per quam et omnis calumpnia excluditur et actionis series declaratur. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam et uenturis quod ego Petrus Didaci et uxor mea Hurraca Martinez nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo neque sensus perturbacione sec propia uoluntate imo magis ac magis spiritali inflamati spiramine pro abolentis pecatorum maculis et Dei amore omnem hereditatem quam iure hereditario habemus in Moral que est iusta flumen Estule offerimus ad sublimium apostolorum Petri et Pauli altare. Tali etiam pacto et tali conueniencia offerimus supradictam hereditatem locis et terminis suis cessum et regressum domitum et indomitum cum parte ecclesie quamtum inter meos germanos uidelicet Rodericum et Gondissaluum sorte dederit uel eam habeamus in uita nostra cum hereditate de Uilliela quam nobis donant in prestamio excepto illa que est sancti Adriani. Notum sit etiam omnibus quod inconueniencia huius hereditatis de Moral dat nobis adhuc predictus abbas XX.^{ti} morabitinos et II.^{o} boues et post mortem nostram seu conuersionem si sorte in aliquo ordine uitam nostram mutauerimus cum omnibus bonis cumquibus inuente fuerint predicte hereditates tales eas suscipiant fratres et at nos nunquam a foro suo predictam hereditatem de Uilliella extraamus. Si quis hunc factum nostrum anobis sponte patratum confringere temptauerit tam nos quam aliqui de propinquis uel extraneis quisquis ille fnerit sit anathematizatus et cum Iuda Domini proditore luat penas sine fine in inferno inferiore et ad partem regis uel qui uocem huius kartule pulsauerit pariat mille

morabitinos. Facta kartula hereditatis. Noto die quod est XIIII.º kalendas Februarii. Era M.ªCC.ªX.ªVIIII. Luna XXX. Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia. Maiordomus aule regis comes Urgelensis. Episcopus in sede sancte Marie legionensis Iohannes Albertini. Qui presentes fuerunt. Rodericus Fernandi conf. Rodericus Gutierriz et Marcus Gutierriz conf. Fernandus Petriz conf. Monius Fernandiz conf. Martinus Santii conf. Lupus Iohannis conf. Petrus ts. Iohannes ts. Dominicus ts. Martinus scripsit. Ego Petrus Didaci et uxore mea Hurracha Martini hanc kartulam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum fecimus. Super hoc adicimus etiam ut predictus abbas cum suis fratribus nunc et semper edificent et plantent et sua pecora pascant per omnem predictam hereditatem de Moral et ego Petrus Didaci defendam et prouideam semper sua tamque meam et si in aliquo neglexero ipsi cum quolibet uel cum quo defensore potuerint que sua sunt defendant.

81—P.

Letra francesa, 0,50×0,23.

CIV

Donación de varias heredades en Mansilla, otorgada por Fernando Dente en favor del monasterio.

4 Febrero. A. 1181.

Principium scripti fiat sub nomine Christi In Dei nomine. Ego Fernandus Dente sine ulla perturbacione uel aliqua necessitate propria equidem uoluntate timorem mortis abendo et diem illum terribilem iudicii expauescendo pro Dey amore qui dat vniquique secundum opera sua bona bonis mala malis et pro remedium anime mee con tota pars hereditatis mee et domos et molinos quas abeo uel abere potuero in uillam quam uocitant Mansellam et in aliis locis et cum toto meo auer offero ita que me ipsum Deo et sancto Petro Elisoncie et tibi Martino

abbati et omnibus monachis qui semper statis in aciem Christi orando pro uiuis atque defunctis Deo rogando. Tali conueniencia do illam hereditatem pernominatam ut abeam in omnibus diebus uite mee et post obitum meum illas accipiatis et quicquid uolueritis de illas faciatis con toto meo auere quantumcunque potueritis ad illum diem inuenire et eciam si abuero filium uxoris istius quammodo abeo uos accipiatis illum et creetis et doceatis et postea uobiscum monachum faciatis. Et nos Martinus abbas sancti Petri Helisoncie una cum omni conuentu eiusdem loci tibi Fernando Dente Manselle pro Dei amore recepimus tibi in nostram fraternitatem et societatem et in omnibus bonis tam in temporalibus quam in spiritalibus et damus tibi de nostro proprio auere quod abemus unam cubam bonam et XXV.^{i} oues et una vaca cum so filio et ligna ad faciendam domum tuam quam abes in Mansellam. Et ego Fernandus Dente adhuc super hoc promitto obedienciam tibi Martino abbati predicti loci et qui post te in loco tuo succeserint quasi vnus ex monachis et non abeam potestatem ullam hereditatem uendendi adque subpignorandi sine iussu uestro et si forte uenero ad paupertatem quo non possum uiuere in domun meam uos in uestram detis mihi uictum et uestitum sicut unus ex uobis, omnibus diebus uite mee. Si quis contra hunc factum nostrum ad disrrumpendum uenerit tam nos quam aliquis de propinquis uel extraneis quisquis ille fuerit qui talia commiserit imprimis sit excomunicatus et a corpore Christi segregatus et cum Iuda Domini traditore dampnatus et con Datam et Abiron in inferno sepultus et luat ipsas penas per infinita seculorum secula amen. Facta kartula sub Era CC.^{a}XVIIII.^{a} post millessima et quodum II.^{o} nonas Februarii. Rennante rege Adefonso vna cum Berengaria regina in Legione et in Gallecia in Asturias et Stremadura. In sede sancte Marie legionensis Martinus episcopus. Maiordomus aule regis Fernandus Garsie et regine Petrus Fernandi. Signifer regis Monnio Roderici. Tenente Mansella Gundisaluus Roderici. Et ad partem regis qui uocem huius cartule pulsauerit in coto pectet CC.^{os} morabitinos. Qui presentes fuerunt. Petrus prior conf. Rodericus Ponzardi conf. Petrus monachus conf. Fernandus monachus

conf. Nicolaus monachus conf. Fernandus Gutteri conf. Pelagius frater conf. Petrus Martini conf. Garsie monachus conf. Iohannes Beltran conf. Bartolomus conf. Gundi saluus conf. Didacus Iohannes conf. Nicolaus Iohannes conf. Petrus Martini conf. Gundi saluus Lupi conf. Fernandus Martini conf. Michael Iohannes conf. Fernandus Nieto conf. Petrus Vincencii conf. Petrus Fogaza conf. Et ego Fernandus Dente hanc kartam quam fieri iussi manus meas roboro et confirmo et signum feci. ✠ Ioannes notuit.

82—P.

Letra de albalaes, 0,31×0,19. Es una copia de fines del siglo XIII y debe tener equivocada la fecha á juzgar por otro documento, otorgado en el año 1198 con motivo de esta donación, por el abad de Eslonza D. Martín, (V.) En ambos documentos aparecen los mismos confirmantes y testigos y tienen 17 años de diferencia en sus fechas.

CV

Donación de unas viñas, hecha al monasterio de Eslonza, por Benedicto Miguel y su mujer.

7 Enero. A. 1182.

XPS. In nomine domini nostri Ihesu Cristi amen. Obliuionis sentimus incomoda dum ea que facimus scripto non tradimus. Qua propter ego Benedictus Michaeli et uxor mea Oro Maria Petri facimus cartam donacionis Deo omnipotenti et monasterio sancti Petri de Eldoncie et ecclesie sancte Marie in qua Iohanes Spora habitat ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum de duabus quartis uinearum quas habemus in Uilla Falila in bago de Furtunola et determinantur ut hic audietis, uidelicet de prima parte uinea de Petro Caluo de secunda parte Saluator Petri de tercia parte Vermudus Xabez de quarta autem parte uia publica et insuper damus et concedimus supradicto

monasterio sancti Petri et supra memorate ecclesie sancte Marie illas pousadas quas habemus iuxta pousadam donni Iohannis Spora ad sanctam Eolaliam. Tali siquidem racione hec omnia sancto Petro et sancte Marie damus ut nos omnia teneamus omnibus diebus uite nostre et quando aliquis nostrum a seculo migrauerit medietatem accipiat ecclesia sancti Petri et ecclesia sancte Marie. Alter uero qui super uixerit habeat alia medietatem omnibus diebus uite sue et post eius obitum totum dimittat sancto Petro et sancte Marie. Et ego Iohannis Spora do et concedo uobis illam salinam quam de me tenetis ut omnibus diebus uite uestre illam teneatis et post obitum amborum in pace illam sancto Petro et sancte Marie dimittatis. Et ego Columba Petri et uir meus Petrus Fauiez damus et concedimus monasterio sancti Petri de Eldoncie et supradicte ecclesie sancte Marie I.ª uinea in bago malo et I.ª pousada in ostes iuxta carcauam; hec omnia eclesie sancte Marie et monesterio in perpetuum iure hereditario possidenda sancti Petri damus et concedimus. Ego supradictus Benedictus Michaeli et uxor mea Oro Maria Petri et ego Petrus Fauiez et uxor mea Columba Petri hoc scriptum quod fieri iussimus propriis manibus roboramus confirmamus et signum fieri iussimus, et qui illum infringere uoluerit sit maledictus et excomunicatus et confracta manu et euulsis oculis iram Dei omnipotentis et regiam indignacionem incurrat persoluatque monasterio sancti Petri uel ecclesie sancte Marie uel sue uoci pulsanti CC. morabetis et quod inuaserit in quadruplum reddat et hoc nostrum factum semper maneat firmum. Facta carta Era M.ªCCXX.ªVIII.º idus Ianuarii. Regnante rege Fernando cum filio suo rege Alfonso in Legione Gallecie Asturiis Extremadure. Maiore domus Gundisaluo Osorii. Signifero Fernando Gascon. Fernando astoricensis ecclesie episcopo. Iohanne legionensis ecclesie episcopo. Maiorino in Uillafafila Abraham iudeo. Et in super ego iam dicta Columba Petri et uir meus Petrus Fauiez damus et concedimus monasterio sancti Petri et ecclesie sancte Marie II.as terras in Reuelinos et unam domum in Uilla Fafila iuxta suas domos de Iohannes Spora, hec omnia hic et superius scripta que sancto Petro et sancte Marie damus in diebus nos-

tris tenebimus et post obitum nostrum monasterio sancti Petri et sancte Marie remanebit. Et totum de nostra tercia erit et in nostra tercia erit recontatum. Dominicus Petri conf. Leonardus conf. Iohannes Pelagii conf. Benedictus carnicero conf. Iohannes Benedicti conf. Dominicus Roderici conf. Petrus Arias conf. Don Lobo conf. Michael Caluo conf. Michael Salgado conf. Pelagius Iohannes conf. Michael Remoludo ✠ conf. Dominicus ts. Petrus ts. Pelagius ts. Iohannes prior notuit.

83—P.

Letra francesa, 0,41×0,28.

CVI

Carta de venta de una heredad en la villa de Moral, otorgada por Gonzalo Díaz.

29 Enero. A. 1182.

XPS. Principium scripti fiat sub nomine Christi. In Dei nomine Ego Gondisaluus Didaci de quadam propria mea hereditate queo habeo de patre meo in territorio legionensi, uilla uidelicet que uocatur Moral iusta fluuium Estule facio kartulam uenditionis uel donationis Deo et gloriosisimis apostolis scilicet Petro et Paulo nec non et Martino sancti Petri Elisoncie abbati et omnibus monachis ibidem Deo seruientibus pro remedio anime mee patrisque mei et pro centum et XXX et VI morabetinos quos accepi de uobis in precio huius supradictæ hereditatis non perturbatum sensum neque per aliquam insanam rationem sed bono animo et propia mea uoluntate accesit mihi ut uenderem uobis iam prefatam hereditate pro supradictis morbitinis et de precio huius hereditatis nichil apud uos remansit sed totum mihi dedistis quantulamcunque uero partem que mihi quadrat inter meos iermanos totam ab integro cessum et regressum domitum et in domitum ubi-

cumque eam potueritis inuenire cum ecclesia sua et etiam cum exitibus pascuis montibus fontibus pratis uineis terris et cum omnibus suis aiacentiis do et concedo uobis iam supradictam hereditatem iure hereditario imperpetuum habendam teneatis etiam uendidatis faciatis de ea quicquid uobis placuerit. Siquis hoc factum nostrum quod nos caro animo et spontanea uoluntate facimus infringere uoluerit imprimis sit excomunicatus et acorpore et sanguine Christi separatus et cum Iuda Domini traditore in inferno dampnatus et insuper pectet uobis uel uocem uestram tenenti D. morabetinos.

Regnante rege Fernando cum filio suo rege Adefonso in Legione et in Gallecia. Maiordomus regis Urgelensis comes. Tenente et gubernante turres Legionis isdem comes Urgelensis. Episcopus Manricus gratia Dei in sede sancte Marie. Facta kartula huius hereditatis. Sub Era MCCXX et quodum IIII kalendas Februarii. Ego Gundisaluus Didaci hanc kartam quam fieri iussi propria manu mea et roboro confirmo et signum facio. ✠ Qui presentes fuerunt. Archidiaconus Arnulfus conf. Archidiaconus Tomas conf. Archidiaconus Nicholaus conf. Petrus Arnaldus conf. Prior Nunnes conf. Martinus Michahelis conf. Fernandus Monionis conf. Rodericus Fernandi conf. Guterrus Fernandi conf. Sonna Bacon conf. Gundisaluus Pardo conf. Ciprianus Petri conf. Grimaldus Martini conf. Benedictus Garinus conf. Michahel Stephani conf. Iohannis ts. Petrus ts. Dominicus ts. Martinus notuit. ✠

84—P.

Letra francesa, 0,37×0,29.

CVII

Donación de unas heredades en Casasola y en otros lugares, otorgada por García Ordóñez en favor del monasterio.

29 Abril. A. 1185.

XPS. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Patris uidelicet ingeniti Filiique geniti necnon flaminis piique qui propter helemosinam in sinu pauperis absconsam promisit nobis per scripturam sacram propria extinturus pecata dicens: Absconde helemosinam in sinu pauperis et ipsa orabit pro te ad Dominum quia sicut aqua extinguit ignem ita helemosina extinguit pecatum. Ego Garsias Ordonii preceptis salutaribus monitus meorumque peccatorum timore perterritus offero Deo et gloriosissimis principibus apostolorum Petro et Paulo proprias meas hereditates quas habeo de pignoracione et comparacione quas cum uxore mea domna Geluira comparaui et pignoraui tam in Casasola quam etiam in Ribadesla etiamque hereditatem pignoratam de Ualle Aliso itemque offero illud quod teneo pignoratum in Anziles et in Conforcos et quod comparaui cum predicta uxore mea domna Geluira in Uilla Nenin etiamque medietatem hereditatis de Uilla Nenin quod mihi accidit ex parte patrimonii mei. Do etiam hereditatem quam comparaui et pignoraui in Casasola cum domna Sanctia. Has igitur prefatas hereditates do atque concedo sancti Petri Helizoncie cenobio tam ut domui peregrinorum quam uocitant Malburguet semper adhereant semperque seruiant ex quibus aduenienciuum pauperies egenorum sustentetur. Quicumque contra hoc scriptum nostrum ausu temerario ad disrumpendum uenerit siue sit ex nostris siue ex alienis imprimis sit anatema a Christo et a sancta matre ecclesia et post cum Iuda Domini proditore damnatus, insuper pectet mille aureos ad eius partem qui huius karte uocem pulsauerit duplata hereditate in simili

loco. Facta kartula Era M.ªCC.ªXX.ªIII.ª quodum III.º kalendas Maii. Regnante rege Fredinando in Legione et in Gallecia una cum filio suo Adefonso. Alfierez regis Poncio Uelaz. Maiordomus Rodericus Lupi. Comite Petro tenente turres Legionis. Manrico episcopo sedem legionensem regente. Ego Garsias Ordonii quod fieri iussi scilicet hanc kartulam propriis manibus roboro et confirmo et signum roboracionis inprimo. ✠

Rodericus Fredinandi conf. Fernandus Guterii conf. Petrus Didaci conf. Petrus Roderici conf. Aluarus Petri conf. Nicholaus Naiz conf. Petrus ts. Dominicus ts. Iohanne ts. Pelagius notator notauit et scribsit.

85—P

Letra francesa, 0,42×0,17.

CVIII

Carta de donación de la iglesia de San Salvador de Castrellino, otorgada en favor de Eslonza por Marina Bermúdez.

29 Abril. A. 1186.

XPS. In nomine sancti et indiuidue Trinitatis Patris uidelicet et Filii ac Spiritus Sancti qui summi largitor est premii qui est spes unica mundi qui ideo dat nobis bona temporalia ut cum eis in presenti uita semper sibi amministremus et ut ab eo postmodum premia eterna recipiamus. Id circo ego Marina Uermudes pecatrix mulier meorum facinorum timore perculsa pro deposicione tantorum facinorum una cum marito meo donno Sonna et filio meo Munio Sonna karissimo facio kartulam perpetue donacionis sancti Petri Elizoncie cenobio proprie mee porcionis quam habeo in ecclesia sancti Saluatoris que est in uila quam uocitant Castrellino. Hanc igitur eclesiam que michi contingit ex iure auorum meorum offero sanctis apostolis Petro et Paulo ibique monachis degentibus, Deoque seruientibus quatinus iure hereditario im-

perpetuum possideat tantum ut ecclesie sancte Marie de Algadefe semper adereat semperque seruiat. Hanc offero gratuita mente et sincero corde gloriosissimis principibus terre Petro scilicet et Paulo predictoque cenobio pro omnibus beneficiis que semper a prefato monasterio suscepi. Quam quicumque inde sacrilego ausu uoluerit demere auxilio uel consilio cuiuscunque dignitatis fuerit siue potens siue inpotens inprimis sit anathema a Christo et a sancta matre ecclesie sepultus cum Iuda Scariote in gehenna. Deinde cogatur reddere mille aureos predicto monasterio uel eiusdem uocem pulsanti. Facta kartula instante Era M.ªCC.ªXX.ªIIII.ª quodum III.º kalendas Maii. Regnante rege Fredinando in Legione et in Gallecia. Maiordomo regis existente Uermudo Aluarez. Alfierez Poncio Uelaz. Turres Legionis tenente comite Petro. Maiorino regis Roderico Suarez. Marrico episcopo sedem legionensem regente. Ego domna Marina Uermudez una cum uiro meo domno Somna et filio meo Munio Somna quod fieri iussi propia manu roboro et confirmo et signum roboracionis inprimo. Garsias Lupi conf. Petrus Somna conf. Fernandus Iohannis conf. Petrus Didaci conf. Fernandus Uermudez conf. Suer Uermudez conf. Rui Fernandes conf Gutier Uermudez conf. Rui Uermudez conf. April Uermudez conf. Vermudo Rania conf. Fernandus Gonzalui conf. Petrus testis. Pelagius testis. Fernandus ts. Gondisaluus iuuenis et sancti Petri Elizoncie monacus licet indignus dictauit et scribsit cui Deus suam conferat graciam salutarem. Amen. Amen. Quisquis es dicito.

86—P.

Letra francesa, 0,57×0,26.

CIX

Donación de varios bienes hecha á la iglesia de Santa María de Algadef por Pedro Moro.

2 Abril. A. 1188.

Sub nomine Christi fiat principium scripti. Ego Petrus Moro diuino spiramine inflamatus nullius quogentis imperio nec suadentis articulo set solo amore Christi desiderioque regni celestis offero Deo et ecclesie beate Marie de Agadef unam sortem et quartam ereditatis et duas cortes cum suis domibus in Campazas offero tibi iam dicte ecclesie de Algadef una cum uxore mea Marina Micaeli et filio meo Martino Moro et uxore sua Maria Dominice quatur sortes et quartam in ecclesia sancte Marie eiusdem uille de Campazas hanc prenominatam ereditatem ut prediximus offerimus sepedicte ecclesie sancte Marie de Algadef pro nostrarum remedio animarum omniumque parentum nostrorum uiuorum hac defunctorum et ut semper simus participes in omnibus beneficiis que Deus per monacos sancti Petri Elysoncie siue per succesores eorum usque infinem seculi dignatus fuerit operari et ut prior Iohannes qui nunc est in ecclesia sancte Marie de Algadef uel quicumque post eum uenerit contineant me Petrum Maurum et uxorem meam Marinam Micaeli comextione et potu sicuti unum ex fratribus et tribuant nobis uestimentum et calciamentum pro ut racio poposcerit et post mortem nostram faciant pro animabus nostris sicuti faciunt pro animabus fratrum suorum isto eodemque modo ut de istis duobus predictum est. Ego Micael Iohannes offero Deo et ecclesie beate uirginis Marie del Algadef unam sortem ereditatis et unam cortem cum suis domibus in Campazas et aliam sortem in ecclesia sancte Marie eiusdem uille de Campazas insuper ut si in aliquo tempore me uoluero monacare abbas et monachi sancti Petri Elisoncie absque ulla contradiccione et dilacione teneantur me recipere in monacum.

Siquis autem hunc factum nostrum quod nos caro animo et spontanea uoluntate fecimus uenerit uel uenerimus ad disrumpendum quisquis ille fuerit tam de nobis quam de propinquis nostris uel extraneis qui talia comiserit inprimis sit maledictus et excomunicatus ereat eius lingua in palati antro ne aspiret sermonem confessionis in die supremo uiuens eum ut Datan et Abiron terra obsorueat et derelictus a Christo in die nouissimo cum Iuda Domini proditore luat penas in inferno inferiore. Facta kartula oblacionis noto die quarto nonas Aprilis, Luna prima, Era CC.ªXXVI post millesimam. Regnante rege Allefonso in Legione et in Gallecia in Asturiis et in Stremadura. Comes Fernandus gubernante Coanca. Episcopus in sede Ouetensi dompnus Rodricus. Maiordomus aule regis Monius Fernandiz. Qui presentes fuerunt. Prior Iohannes conf. Micael Iohannes conf. Fernandus Petri conf. Domnus Iulianus. conf. Didacus de Kastrello conf. Dominicus de Sena conf. Facundus Iohannes conf. Facundus Fernandi conf. Martinus de Fontibus conf. Petrus Andres conf. Martinus Maurus conf. Martinus de Uilla Vicencii conf. Petrus ts. Martinus ts. Iohannes ts.

Ego Micael Iohannes et ego Petrus Mauro una cum uxore mea Marina Micaeli et filio meo Martino Moro et uxore sua Maria Dominici hanc kartulam quam fieri iussimus manibus nostris roborauimus et signum ✠ fecimus. Petrus notuit.

87—P.

Letra francesa, 0,40×0,23.

CX

Cesión de un solar en Cabesteio, hecha por el monasterio de Eslonza, en favor de Juan Martin.

2 Julio. A. 1190.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Martinus abbas una cum conuentu sancti Petri Helizoncie facimus kartulam tibi Iohanni Martino de quodam solari quod est in loco qui uocatur

Cabesteio ubi facias domum et ubi ponas orreum tuum et facias ortum et ab ipso orto damus tibi exitum quod exit ad locum qui uocatur Scribta per quem exeas. Hoc pactum facimus tibi et filiis tuis et filiis filiorum tuorum et omni generacioni tue tali conueniencia ut semper sitis uassalli de Priore qui tenuerit sanctum Iohanem de Ueruio et non alterius domini. Et cum uolueris recedere a predicto solari per aliquam causam interuenientem dimitte ibi quintam partem de toto tuo auer mobili et sic recede. Et cum uolueris redire libere predictum solare posside nullo contradicente excepto si feceris aliquam calumniam quam quousque pectes non intrabis inpredicta domo. Dabis etiam de predicta domo per singulos annos priori sancti Iohannis II.os solidos nullo alio faciente foro. Post mortem uero tam tui quam propie uxoris dabitis quintam partem de toto uestro auer mobili pro animabus uestris ecclesie sancti Iohannis de Ueruio. Alie uero IIIIor partes remanebunt uxori tue et filiis. Concedimus etiam tibi ut quicquid ruperis per montes siue per alia loca indomita in hereditate sancti Iohannis iure hereditario possideas dum uolueritis commorari tam tu quam filii tui et omnis generacio tua in predicto solari et esse fideles uassalli prioris sancti Iohannis. Qua die autem uel hora uolueritis recalcitrare et esse uassalli alterius domini uel a predicta domo recedere ut ad aliam transeas predicta hereditas quamuis a te rupta remaneat ab integro sancto Iohanni. Et quicumque hanc kartulam a nobis factam infringere temptauerit imprimis sit maledictus et excomunicatus una cum Iuda Scariote. Insuper pectet quinquaginta morabetinos ad partem illius qui huius karte uocem pulsauerit. Facta kartula sub Era MaCCaXXaVIII.a quodum VIo nonas Iulii. Regnante rege Adefonso una cum regina. . . .(1) in Legione et in Gallecia. Alfierez Iohannes Fernandus. Maiordomus Petrus Fernandi. Maiorinus in terra legionensi Somna Bacon. Iohanne episcopo sedem ouetense regente. Aluaro Didaci tenente Pilonnam. Ego Martinus abbas una cum conuentu sancti Petri Helizoncie hanc kartulam quam fieri

(1) Está en blanco el nombre de la reina, en el original.

iussi propiis manibus roboro et confirmo et signum roboracionis imprimo. Martinus abbas conf. Petrus prior conf. Gonzaluus prior de Uilla Fafila conf. Iohanne prior sancti Iohannis de Ueruio conf. Martinus conf. Dominicus conf. Fernandus Guterris conf. Rodericus Ponzardi conf. Petrus Pelagii conf. Infantes Fernandus conf. Iohane et Iohane. Petrus ts. Dominicus ts. Iohane ts. Gonzaluus dictauit et scripsit.

88—P.

Letra francesa, 0,51×0,17. Es carta partida por A B C.

CXI

Donación de una heredad en Santa María de Velerda, otorgada por García Martínez en favor del monasterio de Eslonza.

2 Enero. A. 1191.

XPS. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Garsia Martini pro releuamine facinorum meorum et omnium parentum meorum facio kartulam donacionis et oblacionis monasterio sancti Petri Helizoncie monachisque ibi degentibus sub regulari habitu nec non Martino abbati qui supradicto preest monasterio de tota mea hereditate quam habeo ab integro quam uel habere debeo in sancta Maria de Uelerda cum montibus fontibus riuis pratis pascuis paludibus piscariis domibus solaribus, tali quippe pacto eam trado et dono ut ab hac die a meo iure sit abrasa uestreque potestati tradita ut faciatis de ea quecumque propria uoluntas deliberauerit. Hec omnia ut predixi cum omnibus fructestis suprafati loci propria spontanea uoluntate dono et concedo sancti Petri Helizoncie monasterio et hoc meum donum sit firmiter in perpetuum ratum. Et quicumque hanc kartulam ame factam temptauerit frangere tam de meis quam extraneis in primis sit maledictus et excomunicatus cum Iuda Domini traditore eruantur oculi a

fronte eius, incurrat Dei maledictionem et meam, antequam moriatur corpus eius a uermibus consumatur, cum uoluerit bene prosperari cum Satana retro redeat de die in diem. Et iacet predicta hereditas in alfoz de Caso iusta monasterium sancti Saluatoris. Quam quicumque uoluerit sancti Petri monasterio auferre uel hanc kartulam frangere pectet CC.os morabetinos ad partem illius qui huius karte uocem pulsauerit.

Facta kartula sub Era M.aCC.aXX.aVIIII.a quodum IIII.o nonas Ianuarii. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia. Alfierez Iohane Fernandus. Maiordomus Garsia Roderici. Aluaro Didaci tenente Caso. Iohanne episcopo sedem ouetensem regente. Ego igitur Garsia Martini hanc kartulam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et signum roboracionis imprimo. ✠

Dominicus Roderici conf. Iohanne Ectas conf. Dominicus Martini conf. Ciprianus Martini conf. Pelagius Rullan conf. Petrus Pelagii conf. Martinus Iohanis presbiter conf. Petrus Dominici presbiter conf. Dominicus Martini presbiter conf. Aluardero conf. Dominicus Iohannis conf. Martinus Martini conf. Petrus ts. Pelagius ts. Dominicus ts. Gonzaluus monachus dictauit et scribsit.

89—P.

Letra francesa 0,41×0,20.

CXII

Venta de un huerto en el arrabal de León, otorgada por Pedro Lorenzo, en favor de Fernando Terrón.

Mayo 1191.

XPS. In Dei nomine. Ego Petrus Laurentii facio kartam uenditionis uobis Fernando Terron de medietate illius orti quem emi de domno Guiso et de filiis eius et iacet in suburbio Legionis et sic determina-

tus, de prima parte iacet ortus qui fuit Martini pegnero sicut uadit in directum, de secunda parte ortus qui fuit Iohannis Martini de Castello, de tercia parte ortus Petri Laurentii uenditoris, de quarta uero parte prensa que discurrit de molendino. Hunc ortum sic determinatum uendo uobis pro XII morabetis et medio quos mihi dedistis de quibus ad persoluendum apud uos nichil remansit salua tamen directura mea scilicet introitu et regressu et aqua mea que debet discurrere per ipsum ortum ad meum et in roborationem huius karte tantum mihi dedistis quantum mihi et uobis bene complacuit. Sit itaque hic predictus ortus sic terminatus de iure meo remotus et alienatus uestroque dominio datus et confirmatus et habeatis licentiam uendendi donandi faciendique de eo quicquid uobis placuerit in uita et in morte uestra. Siquis igitur de mea generatione uel de aliena uel ego hanc kartam uenditionis infringere temptauerit sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini proditore in inferno dampnatus et parti uestre uel uocem huius karte pulsanti pectet centum morabetinos et hec karta firma permaneat. Facta karta sub Era M^{a}CC^{a}XX^{a}VIIII^{a} et mense Maio. Regnante rege domno Adefonso cum regina donna Tarisia in Legione et in Gallecia in Asturiis et in Extremadura. Domno Manrico in Legione episcopante. Comite Froila turres Legionis tenente. Lancea empegada, Nicholao frenario, Iuzeph uillicantibus. Ego predictus Petrus Laurentii uobis Fernando Terron hanc kartam uenditionis quam fieri iussi roboro et confirmo et signum facio. ✠ Martinus Petri presbiter conf. Petrus Leon capellanus sancti Petri conf. Michael de Moliados conf. Dominicus Boquinas presbiter conf. Petrus Gallecus episcopi conf. Dominicus Martini alcalde conf. Mergolies alfaiat conf. Petrus Iohannis pergamenarius conf. Dominicus Martinus furnarius conf Petrus Dominici ortolanus conf. Petrus Maurus ortolanus conf. Pelagius Cogoliada conf. Leonardus ortolanus conf. Bartholomeus ortolanus conf. Nicholaus scriptor conf. Fernandus Munionis iudex conf. Didacus Bezo conf. Pelagius Lupi conf. Dominicus Ordonii conf. Petrus Nariz conf. Dominicus Torlita conf. Fernandus Porcel conf. Petrus Nicholai conf. Martinus Gallecus conf. Domnus Nazarenus conf. Dominicus Pelagii filius de

Benelauata conf. Frater eius Vilielmus conf. Didacus Gallecus conf. Rossinol conf. Rodericus Michaelis conf. Pelagius Palea conf. Domnus Grimaldus iudex conf. Martinus Petri episcopi conf. Dominus Chrispianus conf. Pelagius Isidori conf. Qui presentes fuerunt. Petrus testis. Iohannes testis. Dominicus testis. Petrus notuit. ✠

90—P.

Letra francesa, 0,44×0,15.

CXIII

Donación de la mitad de una heredad en Viliamizar, otorgada por Gonzalo Rodríguez en favor del monasterio.

15 Julio. A. 1191.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Gonzaluus Roderici pro remedio anime mee et pro releuamine peccatorum meorum meeque uxoris nomine Sanctie Roderici offero Deo que beatorum apostolorum Petri et Pauli monasterio quod uocatur Helizoncia eiusque monachis ibi degentibus proprie mee hereditatis medietatem quam habeo in Uillamizar quam habui ex Fernando Braulione et ex filiis suis tali pacto ut eam uenderem donarem faceremque ex ea quicquid uellem, huius medietatem relinquo filiis aliamque medietatem ut prefatus sum concedo sancti Petri Elizoncie monasterio et ut ipsi monachi diligenter exibeant sepulturam corpori meo. Et quicumque hanc kartulam ame factam infringere temptauerit in primis sit maledictus et excomunicatus cum Iuda Scariote. Insuper ad partem eius qui huius karte uocem pulsauerit pectet C aureos. Et si fuerit ex mea generacione diabolus stet adextris eius, cum iudicatur exeat condemnatus et oratio eius fiat in pecatum, fiant filii eius orfani et uxor eius uidua. Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur pupillis eius. Facta kartula sub Era M.ªCC.ªXX.ªVIIII.ª quodum idus Iulii. Regnante rege Ade-

fonso in Toleto et in Castella una cum regina Alienor. Alfierez Rodericus Lupi Maiordomus Rodericus Guterii. Maiorinus Lupus Didaci. Tello Petriz tenente Ceiam. Episcopo Marrico in sede legionense existente. Ego igitur Gonzaluus Roderici hanc kartulam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et signum roboracionis in primo. ✠ Tellus Petri conf. Guterius Fernandi conf. Adefonsus Telli conf. Fernandus Pelagii conf. Pelagius ts. Petrus ts. Dominicus ts.

Gonzaluus monachus dictauit et scribsit.

91—P.

Letra francesa, 0,23×0,16.

CXIV

Cesión de la iglesia de Castroferet, otorgada por el monasterio de Eslonza en favor de Juan Pérez, clérigo, imponiéndole ciertas condiciones.

1 Julio. A. 1192.

XPS. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Martinus sancti Petri Helizoncie abbas una cum eiusdem loci conuentu facimus kartulam tibi Iohanni Petriz clerico de quadam nostra ecclesia quam habemus in Castro Feret in honore sancti Thome fundata, tali uidelicet pacto quatinus habeas eam in omni uita tua cum suis domibus et cum sua hereditate quam hereditatem et quas domos renouabis pro posse tuo et ut tu sis nobis fidelis uassallus absque alio dominio et si forte contigerit ut in aliquo oberres contra nos uictus testimonio et racione coram probis hominibus nobis pro posse stude emendare quod si nolueris emendare tunc ut reus ab ecclesia deiciaris de ipsa uero ecclesia terciam partem decimarum deferes, duas autem abbas. Statuimus etiam tecum ut nusquam cellariuin recondendi propiam substantiam facias nisi in ipsa ecclesia uel eiusdem ecclesie hereditate quod si aliter feceris totum karte pactum frustrabitur et si acciderit

ut de uita uel de morte a nobis recedas quartam partem tam de auer mobili quam etiam de hereditate quam ibi adquisieris simul cum ecclesia et cum hereditate nobis relinques, dabis etiam per singulos annos unum prandium abbati per suo foro sicut antecessores tui dederunt. Et hoc pactum karte facimus inter nos et te ut perdas querimoniam tamtu quam pater tuus de una equa cum suo mulo et de I morabetino et de uno modio panis quod totum tibi prior de Algadefe debuerat persoluere. Et quicumque hanc kartulam a nobis factam infringere temptauerit in primis sit maledictus et excomunicatus una cum Iuda Scariote insuper pectet C.^{m} morabetinos ad partem illius qui huius karte uocem pulsauerit. Facta kartula sub Era M.^{a}CC.^{a}XXX.^{a} quodum kalendas Iulii. Regnante rege Adefonso una cum regina Taresa in Legione et in Gallecia. Alfierez Garsia Lupi. Maiordomus Iohane Fernandi. Maiorinus Petrus Fernandi. Episcopo Iohanne sedem ouetensem regente. Ego igitur Martinus abbas sancti Petri simul cum conuentu eiusdem loci hanc kartulam quam fieri iussimus propriis manibus roboramus et confirmamus et signum roboracionis imprimimus. ✠ Martinus abbas conf. Petrus Uillanus prior conf. Fernandus Guterii conf. Rodericus Ponzardi prior de Algadefe conf. Petrus Pelagii apotecarius conf. Martinus camerarius conf. Iohane infirmarius conf. Fernandus infirmarius conf. Iohane infirmarius conf. Bartolomeus infirmarius conf. Rodericus Xemenes conf. Bon uassallo conf. Simon conf. Petrus Saturnines conf. Petrus ts. Iohane ts. Dominicus ts. Gonzaluus monachus dictauit et scribsit.

92—P.

Letra francesa, 0,33×0,23. Es carta partida por A B C.

CXV

Donación de unas heredades en las villas de Sahagún y Gordaliza, otorgada por Gonzalo Gómez en favor del monasterio de Eslonza.

1 Mayo. A. 1193.

Principium scripti fiat sub nomine Christi. In Dei nomine. Ego Gondisalus Gomez pauescens in presentiam Dei bonis operibus esse denudatum dum constet nos nudos in hoc seculo natos fore. Nudos etiam abeo recedere tantum ex illo tollentes quantum in eo intulimus. Opportet ergo ut quod ab omnipotente Deo accepimus illi qumque fideliter reddamus, igitur pro abolendis peccatorum maculis ego iam supra fatus Gondisaluus sine ulla perturbatione uel aliqua necessitate propria equidem uoluntate, parua pro magnis offero ad altare sublimium apostolorum Petri et Pauli abbati etiam Martino et omnibus fratribus ibi nocte dieque Deo militantibus. Offero itaque me ipsum et omnes meas hereditates quas abeo in uilla que uocitant Sancti Facundi et in alia uilla que uocitant Gordaliça del Pino et ipsas uillas prenominatas iacent iuxta riuulum Sceie, offero itaque illas totas ab integro casas terras uineas cultas et incultas prata arbores fructuosas et infructuosas cum omnibus suis pertinentiis tam domitum quam indomitum, do et concedo iam supra dictas illas hereditates tali pactu et tali conuenientia ut ipse iam supradictus abbas et omnes monachi recipiant me secum in monachali habitu et dent mihi uestitum et lectulum sicut dant unicuique monacho qum recipiunt eum nouiter in ordine suo. Siquis contra hunc factum meum ad inrumpendum uenerit tam de extraneis quam etiam de parentibus meis quisquis ille fuerit qui talia commiserit in primis sit excomunicatus et a corpore Christi segregatus et cum Iuda Domini traditore dampnatus et cum Datan et Abiron in eterna dampnatione multetur penas in inferno inferiore per nunquam

finienda seculorum secula amen et ad partem regis uel qui uocem eius pulsauerit persoluat CCC^{os} morabitinos auri purissimi et ipsas hereditates sint duplatas uel triplatas in tali loco uel in meliori et hoc factum meum permaneat firmum. Facta kartula sub Era M.^{a}CC.^{a}XXX.^{a}I.^{a} et quodum ipsas kalendas Maii. Regnante rege Adefonso una cum uxore sua regina Olionor in Toleto et in Castella. Maior domus aule regis Rodericus Guterriz. Tenente Ceia Don Tello. In sede sancte Marie legionensis, Manricus episcopus. In sancti Facundi, Iohannes abbas. Qui presentes fuerunt. Alfonso Telliz conf. Fernandus Garcia conf. Petrus Martiniz conf. Fernandus Matamoros conf. Rodericus Cabeça conf. Don Romio conf. Petrus ts. Iohannes ts. Donimicus ts. Ego Gondisaluus Gomez hanc kartulam quam fieri iussi manibus meis roboraui et signum ✠ feci. Iohannes notuit.

93—P.

Letra francesa, 0,32×0,11.

CXVI

Cambio de una heredad en Villa Burgala, otorgada por Fernando Terrón en favor del monasterio de Eslonza, que dió á aquel otra heredad en el mismo lugar.

Julio. A. 1193.

In Dei nomine. Quod per longum temporis spacium integrum et inconuulsum permanere uolumus scripture testimonio comprobamus; idcirco ego Martinus monasterii sancti Petri de Alduncia abbas una cum omni conuentu eiusdem monasterii, tibi Fernando Terron facimus cartam donacionis damus tibi hereditatem quam habemus in Uilla Burgala nominatim illas terras que dicuntur de Quintana et illud prestimonium totum quod nos tibi contrariauimus quod dicitur de Pelagio cum sua domo et etiam addicimus tibi terras in Casa Sola trium stopo-

rum semnadura et unum pratum quem habemus in Legione loco nominato in Quintanella circa terras sancti Isidori et circa pratum Marie Rabada et ex alio latere aquam que discurrit ad illos ortos et totam nostram porcionem quam habemus in illam domum que fuit Pelagii Martini canonici, hoc damus tibi pro bono seruicio quod semper a te recepimus et recipere speramus. Et ego predictus Fernandus Terron timens Deum pro amore Dei et remedio anime mee et omne pro bene isto quod meo mihi facitis et cunctis diebus uite mee conceditis, similiter do et concedo monasterio sancti Petri de Alduncia illam hereditatem quam habeo in Uilla Burgala quam emi de Garsia Nuni excepto illo meo solo cum suo orto que stat in media uilla et propter illum mallollium quod dicitur de illos Cantos do etiam et unum ortum quem habeo in Legione uidelicet extra muros que sic terminatur de I.ª parte molendinum episcopi, de II.ª molendinum de illa canonica, de tercia ortum Fernandi de Morella hunc ortum et hanc hereditatem do et concedo predicto monasterio tali modo ut in cunctis diebus uite mee uiuam in redditibus omnium hereditatum istarum tam mearum quam uestrarum tantummodo non habeam potestatem eas uendendi donandi nec supignorandi, post mortem uero meam hereditates iste sicut sunt suprascripte tam mee quam uestre sint monasterii sancti Petri ab integro, et etiam concedo quod omnem medietatem tocius decimi istarum hereditatum monasterio sancti Petri fideliter reddam annuatim sicut exierit fructus per tempora anni et omne statuo uobiscum quod si ego obiero in hac patria corpus meum sepelliatur in predicto monasterio et in offerenda accipiatis omnibus modis XII morabetinos de proprio meo si habuerint unde sinant accipiatis hoc quod inueneritis et si forte super XII.cim morabetinos inueneritis uestros XII morabetinos recipiatis super totum alium auere meum quod remanserit, potestatem non habeatis et ut omnibus sit relatum nullam obedienciam super hoc facere uobis debeo. Tamen concedimus ex utraque parte quod siquis ex parte mea uel de uestra hoc scriptum disrrumpere uoluerit sit maledictus et excomunicatus a Deo omnipotenti et pectet alie parti C. morabetinos et ad partem regis alios C. morabetinos et hoc scriptum maneat in con-

uulsum. Factum scriptum in mense Iulio sub Era M.ªCC.ªXXX.ªI.ª Et ego predictus abbas simul cum omni conuentu nostro testificamus et afirmamus et concedimus quod tu Fernandus Terron habes porcionem in monasterio nostri quasi unus de melioribus monachis.

Et ego Martinus predictus abbas hoc scriptum quod fieri iussi cum omni conuentu monasterii sancti Petri roboro et concedo. Qui presentes fuerunt dompnus Petrus Uillanus prior. Petrus Francus prior claustre. Dompnus Iohannes sacrista. Dompnus Micahel armarius. Dompnus Garsia bodeguero. Petrus Martini refectorerius. Fernandus Guterrii prior. Iohannes Fernandi prior. Dompnus Micahel qui tenet obedientiam Legionis. Rodericus Ponzardi monacus de Legione. Dompnus Rodericus archidiaconus. Dompnus Facundus prior. Rodericus Petri canonicus. Martinus Ferrozinus canonicus. Isidorus Iohannis canonicus. Petrus Leo, presbiter. Petrus Gallecus. Fernandus de Morella canonicus. Dominicus de Fontibus canonicus. Dominicus notuit.

94—P.

Letra de privilegios, 0,19×0,29. Es carta partida por A B C.

CXVII

Donación de una heredad en Villareter, otorgada por Domingo Domínguez y su mujer en favor del monasterio de Eslonza.

A. 1193.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Ego Dominicus Dominici de Uillareter una cum uxore mea Iusta Uincentiz compunctus timore mortis et pro releuamine peccatorum meorum offero una cum couinge mea predicta monasterio sancti Petri Helizoncie totam meam hereditatem de Uillareter ab integro tam emptam quam pignoratam quam etiam illam que nobis ex proprio patrimonio accidit. Sci-

licet cum terris uineis pratis pascuis paludibus fontibus montibus domibus solaribus egressibus et regressibus. Tali uidelicet pacto eam offerimus ut in uita nostra seruiat nobis et post mortem nostram remaneat domui sancti Petri ab integro. In qua domo abbas et conuentus eiusdem loci sepeliant nos honorifice deferentes secum omnia bona nostra pro quibus mereamur computari in memoria eterna et ab audicione mala non timere hoc tamem de predicta hereditate de omnibus ut cum unus nostrum mortuus fuerit alius qui superuixerit uiuat in ea in pace. Facta kartula sub Era M.ªCC.ªXXX.ªI.ª Quam quicumque ausu temerario infringere temptauerit in primis sit maledictus et excomunicatus una cum Iuda Scariote. Insuper pectet C morabetinos ad partem illius qui huius karte uocem pulsauerit. Et ego Dominicus Dominici una cum coniuge mea Iuxta Uincentis hanc kartulam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et signum roboracionis imprimo. ✠ Qui presentes fuerunt. Gutierrus Ruuio conf. Pelagius Dominici conf. Pelagius Petri conf. Martinus Petri conf. Dominicus Dominici conf. Dominicus Petri Pelagii conf. Dominicus conf. Petrus ts. Dominicus ts. Iohane ts. Gonzaluus monachus dictauit et notuit.

95—P.

Letra francesa, 0,23×0,14.

CXVIII

Convenio celebrado entre Urraca Martínez y sus hijos con Gonzalo García y otros sobre una heredad en Casasola.

19 Diciembre. A. 1194.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. In Era M.ªCC.ªXXX.ªII. Oc est pactum uel priuilegium inter Oracha Martiniz et suos filios Fernandus Petriz et Didacus Petriz et Eluira Ro-

driguit et suo filio Gunzaluo Rodriguit cum Gunzaluo Garcia et Elena Garcia et filios de Maor Garcia super hereditatem que fuit de Gonzaluo Diez en Casa sola et ita nos facimus pactum inter nos ut quando ego Oracha Martiniz et meos filios Fernandus Petriz et Didacus Petriz et Eluira Rodriguit et filio meo Gonzaluo Rodriguit a uobis Gonzaluo Garcia et Elena Garcia et filios de Maor Garcia dederimus octuaginta et VII^{cm} morabitinos propter ipsa hereditate de Casa sola que fuit de Gonzaluo Diez, uestrum laborem alcetis et nostra hereditate laxate. Et ne per episcopum nec per regem nec per ullum decretum nunquam uobis detis sine uestros morabitinos et si uolueritis uendere uel subpignorare a nobis et non ad alter. Siquis tamen contra hunc factum nostrum ad dirrumpendum uenerit uel uenerimus tam propinquis quam extraneis sedead maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dapgnatus et insuper pariat ipsa hereditate duplata et in tali simile loco meliorata et qui uocem eius pulsauerit CC^{tos} morabitinos pectet. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia. Petrus Fernandiz maiorinus et tenente turres Legionis. Anricus episcopus in sede sancte Marie. Tenente Mansella Garcia Tellez. Facta karta notum die quod erit X.^{o}IIII.^{o} kalendas Januarii. Qui presentes fuerunt. Didacus Petriz conf. Didacus Martiniz conf. Diego Iohannes conf. Iohan Beltran conf. Don Bertolot conf. et aliorum bonorum ominum qui uiderunt et audierunt. Ego Oracha Martiniz cum filios meos Fernandus Petriz et Didacus Petriz et Eluira Rodriguit cum filio meo Gunzaluo Rodriguit et Gunzaluo Garcia et Elena Garcia et filios de Maor Garcia in hac kartula quam fieri iussimus manus nostras roborauimus et signum fecimus. ✠

96—P.

Letra francesa, 0,30×0,12.

CXIX

Venta de unas heredades junto á Mansella, hecha por doña Mergeria González en favor de Gonzalo Fernández.

29 Diciembre. A. 1194.

XPS. In nomine Domini amen. Equum et rationabile est ut ea que uenduntur ne obliuioni tradantur litteris confirmentur. Ea propter ego Mergeria Gonzaluiz facio cartam uenditionis uobis Gonzaluo Fernandiz de unas meas hereditates proprias quam ego ganaui in arras de marito meo Martino Martiniz in terra de Legionem iuxta Mansella in uillas prenominatas in Edrados et in Uilla Erenti. Vendo siquidem uobis in prefatas uillas totam meam directuram que ad me in illas pertinet de terris cultis et incultis pratis pascuis casas uineis molinariis fontibus montibus piscationibus exitibus per ubicumque potueritis inuenire meam directuram de pauco et de multo intus et foris uendo eam uobis atque in carta concedo. Pro pretio quod accepi de uobis C.^{m} morabetinos aureos. Hoc pretium fuit placibile inter me et uos et de pretio apud uos nichil remansit et si super ualet hereditas quam precium sit dimissum. It ut abhac die et deinceps de meo iure sint abstersas et in uestro iure sint traditas et confirmatas habeatis eas possideatis uendatis detis in pignetis et faciatis de illas totam uestram uoluntatem. Siquis igitur hoc meum factum infringere temptauerit tam ego quam aliquis ex progenie mea uel extranea quisquis fuerit qui talia commisserit in primis sit maledictus a Deo et excomunicatus et cum Iuda Domini proditore cum diabolo et angelis eius sit in inferferno dampnatus et pro temporali dampno persoluat uobis uel pulsanti uocem uestram quantum in carta resonat in duplo in simili tali loco et insuper C^{m} libras auri et parti regie aliud tantum exoluat et carta plenum obtineat robur per euum. Facta carta uenditionis IIII^{o} kalen-

das Ianuari. Era M^aCC^aXXX^aII.^a Regnante rege Adefonso in Legione et Galecie et Asturiis. Malricus Dei gratia legionensis episcopus. Petro Fernandiz Uanauides maiorino regis. Ego dompna Mergeria uobis Gonzaluo Fernandiz hanc cartam quam fieri iussi et legere audiui propris manibus meis roboraui et confirmaui et signum inieci. ✠ Qui presentes fuerunt. Dompnus Bartolotus conf. Fernandus Michaliz conf. Don Cabas conf. Didacus Iohanes conf. Iohannes Beltran conf. Et alii plures. Coram testes Petrus ts. ✠ Iohannes ts. ✠ Martinus ts. ✠ Martinus presbiter notuit. ✠

97—P.

Letra francesa, 0,44×0,21.

CXX

Carta de confraternidad otorgada por el monasterio de Eslonza en favor de Fernando Dente.

4 Febrero. A. 1198.

Principium scripti fiat sub nomine Christi. In Dei nomine. Ego Martinus abbas sancti Petri Helisoncie una cum omni conuentu eiusdem loci tibi Fernando Dente Manselle pro Dei amore et timore recepimus tibi in nostram fraternitatem et societatem et in omnibus bonis tam in temporalibus quam in speritalibus et damus tibi de nostro proprio auere quod abemus unam cubam bonam et XXV oues et una uacca cum suo filio et ligna ad faciendam domum tuam quam abes in Mansellam. Et ego Fernandus Dente sine ulla perturbatione uel aliqua necessitate propria equidem uoluntate timorem mortis abendo et diem illum terribilem iudicii expauescendo pro Dei amore qui dat unicuique secundum opera sua bona bonis mala malis et pro remedium anime mee cum tota pars hereditatis mee et domos quas abeo uel auere potuero in uillam quam uocitant Mansellam et in aliis locis et cum toto meo

auer offero itaque me ipsum Deo et sancto Petro Helisoncie et tibi Martino abbati et omnibus monachis qui semper statis in aciem Christi orando et pro uiuis atque defunctis Deo rogando, tali conuenientia do illam hereditatem pernominatam ut abeam in omnibus diebus uite mee et post obitum meum illas accipiatis et quicquid uolueritis de illas faciatis cum toto meo auere quamtum cumque potueritis ad illum inuenire et eciam si abuero filium uxoris istius quam modo abeo uos accipiatis illum et creetis et doceatis et postea uobiscum monachum faciatis. Et ego Fernandus Dente ad huc super hoc promitto obedientiam tibi Martino abbati predicti loci et qui post te in loco tuo successerint quasi unus ex monachis et non abeam potestatem ullam hereditatem uendendi atque subpignorandi sine iusso uestro et si forte uenero ad paupertatem que non possim uiuere in domum meam uos in uestram detis mihi uictum et uestitum sicut unus ex uobis omnibus diebus uite mee. Siquis contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit tam nos quam aliquis de propinquis uel extraneis quisquis ille fuerit qui talia commiserit in primis sit excomunicatus et a corpore Christi segregatus et cum Iuda Domini traditore dampnatus et cum Datan et Abiron in inferno sepultus et luat ipsas penas per infinita seculorum secula amen. Et ad partem regis qui uocem huius cartule pulsauerit in coto pectet CC^{os} morabitinos. Facta kartula sub Era CC.^{a}XXX.^{a}VI.^{a} post millesima et quodum II nonas Februarii. Regnante rege Adefonso una cum Berengaria regina in Legione et in Gallecia in Asturias et Stremadura. In sede sancte Marie legionensis Manricus episcopus. Maiordomus aule regis Fernandus Garsie et Regine Petrus Fernandi. Signifer regis Monnio Roderici. Tenente Mansella Gundisaluus Roderici.

Qui presentes fuerunt. Petrus prior conf. Rodericus Ponzardi conf. Petrus monachus conf. Fernandus monachus conf. Nicholaus monachus conf. Fernandus Gutterrii conf. Pelagius frater conf. Petrus Martini conf. Garsia monachus conf. Iohannes preste conf. Fernandus Iohannis conf. Petrus Facundi conf. Archipresbiter Dominicus Facundi conf. Iohannes Beltran conf. Bartolomeus conf. Gundisaluus conf. Didacus

Iohannis conf. Nicholaus Iohannis conf. Petrus Martini conf. Gundisaluus Lupi conf. Fernandus Martini conf. Michael Iohannis conf. Fernandus Nieto conf. Petrus Uincencii conf. Petrus Fogaza conf. Ego Martinus abbas una cum omni conuentu et Fernandus Dente hanc kartam quam fieri iussimus manus nostras roboramus et signum facimus. ✠ Ioannes notuit.

98—P.

Letra francesa, 0,42×0,23. Es carta partida por A B C. (1)

CXXI

Venta de una heredad en el Soto de Valle otorgada por Gonzalo Rodríguez en favor de Domingo, presbítero.

Diciembre. A. 1198.

XPS. In Dei nomine. Ego Gundisalus Roderici tibi dompnus Dominicus presbiter de Uale. Placuit mihi ut facio tibi cartam uendicionis de una terra que abeo in illo soto de Uale quantum ibi pertinet in loco prenominato ad illa presa et est determinata per suis terminis de prima parte et de secunda terra de sancti Petri Deslonza de III.ª parte terra del Re de IIII.ª parte illa presa et accipio de tibi in precio et in roboracione VIIII.em morabetis et medio et una quarta de ceuada que mihi et tibi bene complacuit et deprecio nichil remansit prodare. Ita ut de hoc die et tempore sit ista terra de meo iuro abrasa et in tuo dominio tradita atque confirmata abeas tu et omnis posteritas tua. Et si aliquis homo de nostris uel de extraneis contra hoc meum scriptum ad infirgendum uenerit uel uenerimus in primis sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et ad partem uoci tue XXX.ª morabetis in coto. Facta kartula uendi-

(1) Véase el documento CIV, pág. 165, cuya fecha está equivocada.

cionis sub Era M.ªCC.ªXXX.ªVI.ª et mense December. Regnante rege Ildefonso cum regina dompna Berenguella in Legione et in Gallecia. Episcopo dompno Manrico in sede sancte Marie. Tenente Mansella Gundisaluo Roderici. Alcadibus Micael Iohanes, Fernandus Nepto, Petro Uincenci, Don Petro. De Ualde Asneros, Dominicus Roanne, Esidro Gordo, Petro Martini, Petro Fogaza. Ego Gundisalus Roderici in hanc kartula manus meas roboro et signum ✠ facio. Qui presentes fuerunt. Petrus Guera de Castro conf. Petrus Benaito conf. Pelagius Iohanes conf. Dominicus Benaito conf. De Uale, Petrus Mauro conf. Iohannes de Castro conf. Mal Romio conf. Don Esidro conf. De Mazariefes, Don Geruas conf. Iohannes Pelagii conf. De Uiliela, Don Saluado conf. Martinus Iohanes conf. Petrus Ade notuit.

99—P.

Letra francesa, 0,33×0,15.

CXXII

Donación de una tierra en la laguna de Monago, otorgada por Pedro Arias y su mujer en favor del monasterio de Eslonza.

A. 1199.

XPS. In Dei nomine. Ego Petrus Arias et uxor mea donna Uelida dabimus una terra ad sancti Petri Elisoncie et ad sancte Marie et illa terra iacet a la laguna de Monago de una parte iacet una terra de Dominicus Petri et de altera parte terra de don Lobo et altera parte cararia que discurit a Toro. Et ista terra nominata dabimus pro remedium animas nostras et filiis nostris et pro parentorum nostrorum pro tali pacto et tali conueniencia ut nos habeamus in uita nostra et post hobitum nostrum remaneat illa terra ad sancti Petri Helisoncie pro hereditate et ad sancte Marie de Uilla Falila. Era M.ªCC.ªXXX.ªVII.ª

Regnante rex Adefonsus in Legione cum regina Berengaria in Legione et Asturias et Estremadura. Tenente Uilla Fafila dompno Poncio Uelez. Alcaldes en Uilla Fafila. Petrus Iohanes. Iohanes Redroio. Vachero Garcia Rodrici. Qui presentes fuerunt homines bonos. Don Lobo conf. Iohannes Beneitez conf. Fernandus Romanez conf. Micael Salgado conf. Don Pedro de donnagada conf. Panposado conf. Don Iohannes filio de dompna Sanxa conf. Don Pedro filio de dompna Cecilia conf. Dominicus Gago conf. Iohannes Beneytez conf. Don Aparicio conf. Pelagius Petri conf. Dominicus Petri conf. Garcia Dominicus conf. Gondisalus Micaelli conf. Dominicus Rixa conf.

100—P.

Letra francesa, 0,42×0,17.

CXXIII

Donación de unos bienes en Mansilla, otorgada por Miguel Pérez Cigallo, su mujer é hijas en favor del monasterio de Eslonza.

A. 1199.

Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Michael Petriz Cigallo et uxor mea domna Marina Martiniz et filiabus nostris Maria Michaeliz et Marina Micaeliz facimus kartulam donacionis de nostra hereditate quam habemus in territorio de Mansella in uilla que uocitant sancta Eugenia et unam domum quam habemus in Mansella donamus sancti Petri Elisoncie et domno Martino abbate et toto conuentui eiusdem loci tali pacto et tali tenore ut istam hereditatem habeant et possideant terris pratis pascuis solares cessum et regressum et monachi sancti Petri Elisoncie recipuerint me in ordine suo propter amorem Christi. Et ego Martinus abbas una cum omni conuentui damus istam hereditatem prenominatam de sancta Eugenia in prestamio Maria Michaeliz ut habeat in uita sua. Et non habeat potestatem uen-

dendi neque *supignor*andi neque donandi sed acrescendi. Et post mortem eius remaneat *ipsa* hereditas in domum sancti Petri *Elisoncie*. . . . . us inuenire. Siquis hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit u*el uenerimus* in primis sit maledictus *et excomunicatus et cum Iuda* Domini traditore dampnatus et duplet ipsa hered*itate* in tali loco *uel in meliori* et pectet LX.ª morabetinos. . . . . Facta kartula sub Era M.ªCC.ªXXX.ªVII.ª quodum VI. . . . . *Regnante* rege Adefonso *una cum uxore sua*. . . . . in Legione et in Gallecia. Maiordomus aule regis Fernandus G*undisalui*. . . . . Rodericus. . . . . Manricus episcopus. Tenente turres legionensis Petrus Fre*dinandi*. Ego Michael Petriz et uxor mea Maria Martiniz et filiabus nostris Maria Michaeliz et Marina Michaeliz hanc kartulam quam fieri iussimus manibus nostri roboramus et signum facimus. ✠ Qui presentes fuerunt. Petrus Carrus conf. Don Bartolot conf. Gondisalus Martiniz conf. Do Lope conf. Petrus Pesado conf. Don Pasqual conf. Don Aluito conf. Lupus conf. Pelagius Ruuio conf. Petrus ts. Dominicus ts. Iohane ts. Iohane notuit.

101—P.

Es carta partida por A B C. Letra francesa, 0,26×0,17. Este documento se halla en muy mal estado de conservación. Los espacios en blanco están rotos en el original y las palabras ó fracciones de éstas subrayadas son la reproducción más probable de lo que falta.

CXXIV

Donación de una heredad en Val de Poblo y en otros lugares, otorgada por Pedro Peláez en favor de Eslonza.

11 Mayo. A. 1201.

Notum sit omnibus hominibus qui litteras istas audierint quod ego Petrus Pelagii Uille Montane facio kartule donacionis mee hereditatis cum filiis meis Roderico Petri, Alfonso Petri, Maiore Petri, damus

omnia nostra hereditate quam habemus in Ualde Poblo scilicet, uno solare cum nostra porcione in ecclesia, in pratis, in terris, in uineis, in pascuis, in exitibus, in diuisis, in montibus, in fontibus. Et adhuc ego Petrus Pelagii adicio uobis porcionem ex duobus fratribus meis que habui ex ei duobus morabitinis. Et si filius unius istorum meorum fratrum, scilicet, Ordonii Pelagio uoluerit extrahere terciam partem istius hereditatis detur ei. Do etiam uobis medietatem mee hereditatis quam habeo in Bolneare, in uilla predicta que uocitant Candanedo, scilicet, solares et omnia mea porcione meorumque fratrum que comparaui eam que aliam medietatem est meorum fratrum. Do eam uobis cum terris, cum arboribus, cum piscariis, cum molinariis, cum diuisis, cum montibus, cum fontibus, cum pratis, hic et in Fonpanera terris et pratis, et in Uega de Bolneare pratis cum riuis cum exitibus, tam domitum quam indomitum cessum uel regressum, ubicumque potueritis mee hereditatis inuenire, habeatis, possideatis pro remedio anime mææ uel parentum meorum, et pro beneficio quod accepi de uobis et ut filiis meis qui uobis adquieuerint, aliqua beneficia habeant ex uobis. Si quis autem hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus in primis sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda Domini proditore in inferno inferiori dampnatus et ad partem regis pectet CC^{os} morabetinos et qui uocem istius cartule pulsauerit alios tantos. Facta kartula donacionis istius hereditates sub Era M^{a}CC^{a}XXX^{a}VIII^{a} et quodum V^{o} idus Mai. Regnante rege Adefonso una cum Berengaria regina in Legione et in Gallecia. Maiordomus aule regis, Fernandus Garsia. Armiger regis, Monius Roderici. In legionensi ecclesia, Manricus episcopus. Tenente legionenses turres, Petrus Roderici. Qui presentes fuerunt: Didacus Fredinandi conf. Fernandus Nicola conf. Fernandus Petri conf. Petro Abbate presbiter conf.

102—P.

Letra francesa, 0,41×0,28.

CXXV

Donación de la mitad de la iglesia de Santiago de Villafafila, otorgada por Pedro Miguelez en favor del monasterio de Eslonza.

Setiembre. A. 1201.

XPS. Principium scripti, fiat sub nomine Christi. Quoniam humana fragilitas omnia que uidet uel audit memorialiter minime potest retinere ideo literarum memorie comendamus que uix aut nunquam deleri solet quatenus ego Petrus Micaellis una cum patre meo Micaelle Salgato et matre mea domna Marina et fratribus meis et sororibus damus et concedimus in perpetuum illam medietatem ecclesie sancti Iacobi de Uilla Fafila qua Iohanes Micaellis meus consanguineus dedit mihi Petro Micaellis, domno Iohani abati ecclesie sancti Petri Helysoncie et conuentui eiusdem ecclesie et eorum successoribus, ego inquam Petrus Micaellis predictus hoc donum facio et concedo et pater meus et mater et fratres et sorores mecum faciunt et concedunt hoc donum et ego cum illis nos omnes facimus et concedimus amore Dei primitus et pro redencione animarum nostrarum et parentum nostrorum et pro fraternitate et societate et beneficio quibus nos ipsi receperunt et hoc facimus et damus et concedimus firmiter sicut predictum est absque fraude et contradiccione aliqua. Et si aliquis ex parentibus meis uel ex alienis hac kartam et hoc factum nostrum et donum quod facimus et quod roboramus corrumpere uoluerit uel contra ierit in aliquo, maledictus sit a Deo omnipotenti et cum Iuda traditore in inferno sit damnatus et uox sua non ualeat nec audiatur super hoc et persoluat in cauto CCC.os morabetinos medietatem regi et aliam medietatem dominis prefate hereditatis. Isti sunt testes qui hoc uiderunt et audierunt et ante presentes fuerunt. Micael Carestia conf. Iohanes Redroio conf. Garcia Dominico conf. Gordo conf. Pelagius Caluo conf.

Gondisalus Pelagii conf. Petrus Gutierrez conf. Petrus Iohanis balestero conf. Don Dominico conf. Don Pedro el alcalde conf. Micael Caluo conf. Don Lobo conf. Pelagius Iohanis conf. Petrus Arias conf. Iohanes Masoco conf. Dominicus Roio conf. Pan Posado conf. Prior Dominicus Suuarez tenente domum sancte Marie. Martinus presbiter capellanus. Martinus Bartolomeus monacus.

Facta karta in mense Setembri sub Era M.ªCC.ªXXX.ªVIIII.ª Regnante rege Adefonso cum regina domna Berengaria in Legione et Galecia. Petro Suuari existente Compostelle archiepiscopo. Lupo Astorice episcopo. Martino Zamore episcopo. Manrico episcopo Legionis. Roderico Petri de Uilla Luporum tenente Uillam Fafilam. Habram iudeo, merino Uille Fafile. Iudicibus eiusdem uille, Petro Iohanis et Petro Martinez et Pelagio Felici et Martino Bagoro. Martinus scripsit. ✠

103—P.

Letra francesa, 0,29×0,27.

CXXVI

Venta de la cuarta parte de la villa de Palazuelo, otorgada por Juan Guillermo, en favor de Martin de Aralia y su mujer.

Febrero. A. 1206.

XPS. In nomine Domini nostri Ihesu Christi amen. Ego Iohanes Uilielmi fatio kartam uenditionis in perpetuum ualituram de tota quarta parte de illa uilla de Palazolo que iacet in ualle sancti Petri hanc quartam partem istius uille iam dicte uendo uobis Martino de Aralia et uxori uestre Marie Petri totam ab integro cum omnibus directuris et pertinenciis suis uidelicet casas solares uasallos ortos terras cultas et incultas uineas prata pascua arbores fructuosas et infructuosas partem in ecclesia areas sterquilinia molendinos montes fontes riuos paludes exitum et regressum et cum diuisa. Istam quartam par-

tem de illa uilla de Palazolo sic pernominatam uendo uobis totam pro C.^{m}L.^{a}V.^{e} morabetis bonis quos mihi iam dedistis et ad persoluendum de eis apud uos nichil remansit et in roboratione huius carte quicquid mihi et uobis placuit dedistis. Sit itaque hec prenominata quarta pars predicte uille ab hac die et deinceps a iure meo remota et abrasa uestroque dominio et potestati tradita et confirmata ut habeatis liberam potestatem uendendi donandi conmutandi uel faciendi ex ea quicquid uestre placuerit uoluntati in uita et in morte. Siquis igitur de meis uel de extraneis contra hanc kartam uenerit uel uenero sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda proditore Domini in inferno dampnatus et uobis uel uocem huius karte pulsanti D. morabetinos pectet etquantum inuaserit in simili et tali loco duplatum reddat et careat uoce et hec karta sit firma omni tempore. Facta kartula sub Era M.^{a}CC.^{a}XL.^{a}IIII.^{a} et mense Februario. Regnante rege Adefonso in Legione Gallecia Asturiis et in Strematura. Domno Petro in Legione episcopante. Lupo de Lamas turres Legionis tenente. Roderico Aprilis tenente Mansella. Villicantibus in Legione Dominico Nariz et Petro Stephani. Ego Iohanes Uilielmi hanc kartam quam uobis iussi scribi robore et signum fatio. ✠

De Palazolo domnus Pelagius presbiter conf. Dominicus Pelagii conf. Domnus Saluator conf. Petrus Pelagii conf. Iohanis Pelagii conf. Dominicus Iohanis conf. Iohanes Dominici conf. Domnus Alfonsus conf. Iohanis Alfonsi conf. Petrus Alfonsi conf. Michael Maranion conf. Petrus Monazino conf. De Uilla Montan domnus Garsias conf. et domnus Rodericus conf. De Uilla Emer, Domnus Geruasius, Maiorinus. De domna Xemena, domnus Ciprianus. De Legione, cognatus Iohanis Uilielmi. Petrus Martini maiorinus Roderici Petri. Domnus Isidorus. Domnus Nicholaus de Uilla Moratel. Iohanes presbiter. Martinus Petit presbiter. Domnus Alfonsus alcalde. Domnus Marcus. Isti sunt de Mansella. Qui presentes fuerunt. Petrus testis. Martinus ts. Iohanes ts. ✠ Dominicus Martini notuit.

104—P.

Letra francesa, 0,35×0,15.

CXXVII

Cesión de unas heredades en Vallelo y en Villa Moros, hecha por el monasterio de Eslonza en favor de Diego Fernández, estipulando ciertas condiciones.

31 Enero. A. 1208.

In Era M.ªCC.ª quadragesima VI.ª Notum sit tam presentibus quam etiam et futuris quod ego Iohanes Dei gratia abbas una cum omni conuentu facimus uobis Didaco Fernandi kartulam donationis de quadam nostram hereditatem quam habemus in Vallello et aliam hereditatem in Villa Moros damus uobis in prestimonium uidelicet solos, ortos terras uineas prata montes fontes cessum uel regressum cum omnibus pertinentiis suis quantum ibi habemus uel habere debemus tali pacto et tali conuenientia ut habeatis eam omnibus diebus uite uestre et ut persoluatis nobis per unumquemque annum de hereditate de Uilla Moros V.ᵉ estopos de pan et tertiam partem de tritico et terciam de centeno et alliam terciam de ordio et medietatem de decimis de Vallello et de Villa Moros de omni labore uestro et non habeatis potestatem uendendi nec suppignorandi nec alienandi sed plantandi et crescendi et multiplicandi et post obitum uestrum remaneant nostras hereditates liberas et absolutas domni sancti Petri cum laboribus et domis et seminibus quas ibii nuenerimus. Et ego Didacus Fernandi pro remedio anime meæ et parentum meorum do et concedo post obitum meum hereditatem quam habeo in Uilla Moros que iacet cum hereditate quod mihi dedistis in prestimonium. Siquis contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus sit maledictus et excomunicatus et cum Iuda traditore in inferno dampnatus et cum Dathan et Abiron luat penas in secula seculorum amen et ad partem regis uel qui uocem huius karte pulsauerit pectet C morabetinos et duplata hereditate in simili loco uel meliori.

Facta karta II kalendas Februarii. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia. Maiorimus Pelagius Aluardan. Electus in sede sancte Marie Pelagius Petriz. Qui presentes fuerunt. Abbas Iohannes conf. Prior Michael conf. Rodericus Andres infirmararius conf. Martinus operarius conf. Fernandus Martiniz bodegarius conf. Garcia Petriz camerarius conf. Isidorus quoquinarius conf. Fernandus Dente ts. Pelætrus Moro ts. Dominicus Martini ts. Petrus Gago ts. Michael Sobrino ts. Matheus ts. Petrus Martini ts. Iohannes Dominici ts. Gabriel presbiter ts. Iohannes thesaurarius notuit.

105—P.

Letra francesa, 0,23×0,22.

CXXVIII

Permuta de unas tierras en Algadef, otorgada por el monasterio de Eslonza con María Domínguez.

30 Junio. A. 1213.

In Dei nomine. Ego Rodericus Dei gratia ecclesie sancti Petri Elisoncie abbas una cum conuentu eiusdem ecclesie facimus cartam conmutationis tibi Maria Dominici Fortunna et filiis tuis Martinus Fortunni Iohane Fortunni Petrus Fortunni Dominica Fortunna et Mioro Fortunna de una terra quam habemus in Algadef carrera de Villa Amandos pro alia quam uos habetis super carrera de Villa Amandos. Ita ut eo die uel tempore tam nos quam etiam uos habeatis possideatis faciatis inde quidquid uolueritis. Si forte alicui homini ista terra quam nos commutamus tibi Maria Fortunni et filijs tuis aliquo tempore uenerit abbas et conuentui fiant fide iussores pro illa responsuri Siquis hunc factum nostrum infringere temptauerit quisquis ille fuerit tam de nostris quam de extraneis in primis sit maledictus et excho-municatus et a fide Domini segregatus et cum Iuda traditore dampna-

tus et insuper pectet sexaginta morabitinos. Facta carta in Era M.ªCC.ªL.ªI.ª II kalendas Iulij. Regnante rege Adefonso in Legione. Maiordomus illius Petrus Guterrij. In sede legionense Rodericus episcopus. Qui presentes fuerunt: Domnus Rodericus abbas conf. Prior Michael conf. Petrus Francus conf. Garcia Petri conf. Fernandus conf. Petrus ts. Dominicus ts. Martino ts. Ego Rodericus abbas una cum conuentu ecclesie sancti Petri hanc cartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus et signum facimus. ✠ Iohanes notuit.

106—P.

Carta partida por A. B. C. D. & de letra francesa, 0,12×0,10.

CXXIX

Venta de una heredad en Mansilla, otorgada por Isidoro Gervasio y su mujer, en favor de Morán y de la suya.

2 Julio. A. 1218.

XPS. In Dei nomine. Ego Isydorus Geruasii una cum uxore mea Maria Iohani facimus cartulam uendicionis tibi dompnus Moram et uxori tue Marina Iohani de quadam nostram hereditatem quam habemus in territorio Manselle in uillis prenominatis in Torre et in Uilla Secca uendimus uobis adque concedimus illam supra dictam hereditatem pro uiginti morabitinos uidelicet terris uineis uel quantum ibi habemus uel habere debemus tali pacto talique conueniencia ut ab hac die uel hora sit de iuri nostro abrasa et in uestro dominio tradita possideatis uendatis donetis et faciatis de illa quicquid uolueritis. Et insuper si aliquis homo tam de nostris quam de extraneis inquietare uobis uoluerit istam iam dictam hereditatem nos concedimus uobis liberatores et defensores esse eam ab omnibus hominibus. Siquis contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit tam de nostris quam de extraneis quisquis ille fuerit qui talia commiserit in primis sit ma-

ledictus et exchomunicatus et cum Iuda traditore et cum Datam et Abiron luat penas in eterna dampnatione et insuper ad partem regis uel qui huius karte uocem pulsauerit pectet XL^{a} morabitinos et ista hereditas duplata uel triplata in tali loco uel in meliori et hoc nostrum scriptum semper maneat firmum. Facta carta in Era M.^{a}CC.^{a}L.^{a}VI.^{a} et quodum II idus Iulii. Regnante rege Adefonso in Legione. Maior domus aule illius Iohanes Fredinandi. In sede sancte Marie legionensis Rodericus episcopus. Tenente Turres legionensis Iordan Ouequiz. Tenente Manselle Aluarus Roderici. Maiorinus illius Pelagius Nichola. Alcaldes Manselle Lupus Iohani, Dominicus Saluatori. Domnus Appariciius. Martinus Pelagii. Qui presentes fuerunt. Domnus Iohanes de Ualleio conf. Domnus Uermudus conf. Martinus Fernandi conf· Domnus Stephanus conf. Domnus Petrus de Castro conf. Iohane presbiter conf. Petrus Michaeli conf. Iohanes Pelagii conf. Pelagius Facundi conf. Iohanes testis. Petrus testis. Martinus testis. Ego Isydorus Geruasii una cum uxore mea Maria Iohani hanc cartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus et signum facimns. ✠ Iohanes notuit.

107—P.

Letra francesa, 0,10×0,36.

CXXX

Donación de una heredad en Portiga, otorgada por Lope Pérez en favor del monasterio.

Abril. A. 1223.

XPS. In nomine sancte et indiuidue Trinitatis uidelicet Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Ego domnus Lupus Petri prompto animo et spontanea mea uoluntate pro remedio anime mee et parentum meorum et ut merear a Domino recipere illam retributionem quam

promisit seruis suis dicens: Date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. Ideo facio kartam donationis in perpetuum monasterio sancti Petri Elysoncie et abbati Fredinando et monachis ibi sub regula sancti Benedicti Deo seruientibus de tota mea hereditate quam habeo in territorio de Rota scilicet in ualle que dicunt Ualle Lorma in loco nominato Portiga excepta medietate quam dedi Martino Lupi filio meo et excepta quarta parte de alia medietate quam dedi filiis meis Rodericus Lupi, Maria Lupi et Sancie Lupi tali pacto quod si migrauero ab hoc seculo iam dictus filius meus Martinus Lupi et filii mei iam dicti non habeant potestatem uendendi nec subpignorandi nec aliquo modo alienandi predictam hereditatem sine mandato abbatis sancti Petri usque ad decem annos et post decem annos uel ante si migrauerint filii mei sine filiis legitimis corpora sepeliantur in predicto monasterio predicta hereditas iam dicti filii mei pro animabus suis et patris sui cum omnibus rebus suis remaneat monasterio ante dicto et si post decem annos predictam hereditatem uendere uel subpignorare uoluerint omnes filii mei non habeant potestatem nusi abbati et conientui sancti Petri per manus bonorum hominum ita scilicet quod duo sint exparte abbatis et alii duo exparte meorum filiorum qui debent apreciare hereditatem bona fide sine malo ingenio et tunc abbas debet emere hereditatem et dompnus abbas debet proficere et adiuuare Martinum Lupi de fructibus hereditatis. Siquis igitur contra hanc kartam uenerit uel uenerimus sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda Domini proditore in inferno dampnatus et insuper uobis uel uocem huius karte pulsanti pectet M.e morabetinos et careat uoce et duplet hereditatem in tali aut in simili loco et hec karta semper sit firma. Facta karta in Era M.aCC.aLX.aI.a et mense Aprili. Regnante rege Adefonso in Legione Asturiis Gallecia et Strematura. Dompno Roderico in Legione existente episcopo. Aluaro Petri tenente Legionem. Michael Dominici tenente Turres Legionis de manu Infantes. Garsia Roderici existente Uillico de manu Regis. Tenente Rota dompnus Ramirus Froile. Qui presentes fuerunt dompnus Fernandus abbas conf. Iohanes prior conf. Petrus Francus sacrista conf. Bartholomeus prior

conf. Isydorus camerarius conf. Petrus Stephani armarius conf. Iohanes Fernandi senior coquine conf. Petrus Stephani bodegarius conf. Dominicus Martini refictorarius conf. et omni conuentu monasterio santi Petri conf.

108—P.

Letra francesa, 0,29×0,26. Es carta partida por A B C.

CXXXI

Venta de parte de la heredad de Palazuelo, otorgada por don Cipriano y sus hijos en favor del monasterio.

Abril. A. 1223.

XPS. In Dei nomine. Ego domnus Ciprianus et filii mei Iohannes Cipriani et Dominicus Cipriani et Ego Marina Lupi cum consensu mariti mei domni Reimundi et cum filia mea Maria Reimundi uobis abbati domno Fernando et conuentui sancti Petri Elysoncie facimus kartam uenditionis in perpetuum ualituram de medietate quarte partis tocius hereditatis de Palazuelo quam tenebat de nobis Martinus de Aralla subpignoratam et de alia medietate predicte quarte partis uendimus uobis duas partes et alias tres filiabus Martini de Aralla, Marinna Martini, Maria Martini et Maria Martini. Hanc quartam partem supradictam uendimus uobis pro C.^{m}LXXX.^{a}III et dimidium morabitinis quos nobis iam dedistis et ad persoluendum ex eis nichil remansit et eciam in roboratione huius karte quantum nobis et uobis placuit dedistis. Et hoc tali pacto quod si iste filie Martinus de Aralla porcionem suam istius hereditatis supradicte uendere uel subpignorare uoluerint non habeant potestatem uendendi nec subpignorandi nullo homini nisi abbati et conuentui monasterio sancti Petri uel nobis. Sit itaque hec predicta quarta pars hereditatis ad iure nostro remota et alienata, uestroque dominio tradita et confirmata ut habeatis potesta-

tem uendendi, donandi faciendique ex ea quicquid uobis placuerit in uita et in morte. Si quis igitur contra hanc kartam uenerit uel uenerimus sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda Domini proditore in inferno dampnatus et insuper uobis uel uocem huius karte pulsanti pectet D morabetinos et careat uoce et duplet hereditatem in tali aut in simili loco et hec karta semper sit firma. Facta karta in Era M.ªCC.ªLX.ªI.ª et mense Aprili. Regnante rege Adefonso in Legione, Asturiis, Gallecia et Strematura. Domno Roderico in Legione existente episcopo. Aluaro Petri tenente Legionem. Michael Dominici tenente turres Legionis de manu Infantis. Garsia Roderici existente uillicu de manu Regis. Tenente Mansellam, Siluestro Iohanni de manu Fernandi Petri.

Qui presentes fuerunt: De Uilla Fanne: Pelagius presbiter confirmat. Paulus conf. Iohannes Dominici conf. Dompnus Adefonsus conf. De Uilla Burgala: Dominicus Abbate presbiter conf. Iohannes Martini conf. Dominicus Iohanni conf. Dompnus Laurentius conf. Dompnus Isydorus Geruas conf. Fernandus Nychola conf. Dominicus Petri conf. Dominicus Pelagii conf. De Sancta Eulalia: Iohannes Pelagii confirmat. Iohannes Baruado conf. De Sancti Michael de Scalada: Rodericus Martini conf. De Sancta Maria del Monte: Martinus suprinus de Martinus Ruuio conf. De Uilla Montan: Isydorus presbiter conf. Martinus Garsia conf. Petrus Garsia conf. Dompnus Iulianus conf. Dompnus Cornelius conf. De Palazuelo: Petrus Monazinus conf. Michael Marannon conf. et filius eius Adefonsus conf. Dominicus filius de Iohannes Alfonsus conf. Dominicus Iohannes filius Iohannis Dominici conf. Petrus Adefonsus conf. Iohannes Pelagii conf. Petrus Pelagii conf. Ego dompnus Ciprianus et filii mei Iohannes Cipriani et Dominicus Cipriani, et ego Marina Lupi cum consensu mariti mei domni Reimundi et cum filia mea Maria Reimundi hanc kartam quam fieri iussimus sicut superius resonat propriis manibus roboramus et confirmamus et signum facimus. ✠ Iohannes prior notuit.

109—P.

Letra francesa, 0,24×0,30.

CXXXII

Donación de varios bienes, otorgada en favor del monasterio, por Morant y su mujer.

2 Enero. A. 1224.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis uidelicet Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Morant una cum uxore mea Marina Iohanis ob remedium animarum nostrarum uel parentum nostrorum et ut mereamur a Domino accipere illam retributionem quam promisit seruis suis dicens: Date helemosinam et ecce omnia munda sunt uobis. Propterea offerimus Deo et beatis apostolis Petro et Paulo et omnibus sanctis qui in hac continentur ecclesia et in manu Fernando abbati et omnium monachorum ibi Deo seruientibus. Offerimus nos ibi cum toto nostro habere quantum habemus uel postea habere potuerimus cum tota nostra hereditate quam habemus uel habere debemus extra illa que est in Torre et in Uilla Secca que est de illa auolenga de don Morant tali pacto talique conditione ut in omni uita nostra uiuamus in isto nostro auere et in istis nostris hereditatibus et post obitum unius cuiusque nostri ueniat corpus suum cum illa medietate de isto auere supradicto et cum suo lecto, monasterio sancti Petri. Et alius qui superuixerit remaneat cum alia medietate et cum omnibus hereditatibus supradictis omnibus diebus uite sue. Post obitum uero amborum omnes res et omnes hereditates remaneant monasterio sancti Petri. Et ego Fernandus abbas monasterio sancti Petri una cum omni conuentu eiusdem loci recipimus de uos dompnus Morant et uxori tue Marina Iohanis

pro nostros monachos tam in temporalibus quam in spiritualibus uidelicet in portionibus in missas et in omnia bonis sicut unius cuiusque nostri et insuper damus uobis illas nostras domos de Uilla Sauarigo cum una iugaria bouum bona et cum illo coto que iacet iuxta Fonte et illas uineas quam ibi habemus ut habeatis in omni uita uestra sicut habuit Rodericus Martini et uxor illius dompna Sancia et ut uos recipiatis nos tam abbate quam monachis bene proposse uestro sicut fratres uestros spirituales et sitis obedientes abbati et conuentui. Et si forte Marina Iohanis uixerit super uiro suo et uoluerit morare in hac domo de Uilla Sauarigo supradicta ubicumque morauerit habeat istas hereditates supradictas tam de Uilla Sauarigo quam de aliis locis. Et si forsitam uoluerit nubere non habeat potestatem nubendi nisi abbas monasterio sancti Petri ei permiserit. Siquis contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit quisquis ille fuerit qui talia conmiserit in primis sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda traditore et cum Datam et Abiron luat penas in eterna dampnatione et insuper ad partem regis uel huius karte uocem pulsanti pectet D morabitinos et hoc nostrum scriptum semper maneat firmum. Facta karta in Era M.ªCC.ªLX.ªII.ª et quodum IIIIº nonas Ianuarii. Regnante rege Adefonso in Legione. In sedem legionensis Rodericus episcopus. Maiorinus regis Garsia Roderici Carnotha. Tenente turres legionenses Michael Dominici de manibus Infantis. Tenentes Mansella Ramirus Froila et frater ipsius Didacus Froila. Maiorinum ipsorum Dominicus Saluatori. Qui presentes fuerunt. Fernandus abbas conf. Iohanes prior conf. Petrus Francus sacrista conf. Isydorus prior conf. Nycholaus conf. Petrus Pelagii conf. Petrus Stephani armarius conf. Rodericus Pelagii conf. De Uilla Sauarigo. Pelagius Iohanni ts. Iohannes Martini ts. Dominicus Iohanni ts. Iohannes Petri ts. Michael presbiter ts. Iohannes Petri ts. Martinus Micaelis ts. Iohane Riesco ts. Dominicus Marchi ts. De Torre et de Uilla Secca. Iohanes presbiter ts. Iohanes Pelagii ts. Garcia Roderici ts. Martinus de Bonnar ts. Pelagius Facundi ts. Pelagius Cimarra ts. Dominicus Cimarra ts. Petrus Uillella ts. Ego Fernandus abbas Dei gratia ecclesie sancti Petri Elysoncie

una cum conuentu eiusdem monasterii et ego Morant una cum uxore mea Marina Iohanis hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus et signum facimus. ✠ Iohanes prior notuit.

110—P.

Letra de privilegios, 0,25×0,20. Es carta partida. Hay otro ejemplar de este mismo documento de letra coetánea.

CXXXIII

Cesión de una heredad en la vega de Balnear, hecha por el monasterio de Eslonza en favor de Gonzalo Rodríguez, previas ciertas condiciones.

A. 1227.

In Era M.ªCC.ªLX.ªV.ª Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego Fernandus abbas sancti Petri Elysoncie una cum omni conuentu uobis Gondissalus Roderici et uxor uestra Tharesa Pelagii facimus kartam de quadam nostram hereditatem quam habemus in Uega de Balneare quod fuit de Maior Melendez et de Petro Ordonii tali pacto talique conuenientia damus uobis ut habeatis eam omnibus diebus uite uestre et ut persoluatis nobis singulis annis ad festum sancti Michaelis VIIII stopos de pane VI de centeno et III de tritico preterea eodem modo firmamus ut faciatis in hanc hereditatem fideliter domum maiorum et non habeatis potestatem uendendi nec suppígnorandi nec alienandi sed adcrescendi et meliorandi et multiplicandi post obitum uero unius cuiusque uestri ueniat corpus suum cum tota medietas de illo auere quod habueritis absolutis debitis sine fraude et sine malo ingenio monasterio sancti Petri, alia uero medietas remaneat in illo qui superuixerit cum ista hereditate supra numerata ad tenendam eam omnibus diebus uite sue et ad persoluendum illum quod est supra

nominatum post obitum uero amborum remaneat hereditatem libera et absoluta domni sancti Petri cum bouibus cum domibus et cum laboribus et seminibus et cum omnia bona quod ibi inuenerimus. Num uero quod absit si aliquis homo ista hereditas inquietare uoluerit siue per uim aut iudicio uobis uicerit quamtum coniuctum fuerit tantum de supradicto pane debemus relinquere preterea si non persolueritis et non feceritis sine occasione et contradictione sicut in karta resonat nos potestatem habeamus accipere nostram hereditatem cum omnia bona quod ibi inuenerimus insuper dare in prandium abbatis quantum habueritis uel tenueritis de hereditate tantum debetis persoluere ideo propter hoc et propter amorem Dei et pro remedio animarum nostrarum uel parentum nostrorum. Ego Gondisalus Roderici et uxor mea Tharesa Pelagii facimus kartam donationis monasterio sancti Petri et uobis Fernando abbati et omni conuentu ibidem die ac nocte Deo seruientium de quadam nostram hereditatem quam habemus in territorio de Balneare in uilla prenominata sancti Iohanis de la Arimada circa sancta Columba scilicet quartam partem de totam ipsam uillam prenominatam damus uobis istam supradictam hereditatem scilicet unum solum cum domos terris pratis ortis montibus fontibus pascuis cessum uel regressum tam domitum quam eciam et indomitum quantum ad istam quartam partem supradictam pertinet ita ut ab hac die uel ora sit iuri nostro abrasa et in uestro dominio tradita habeatis possideatis et sit in perpetuum iure hereditario monasterio sancti Petri tali pacto talique conueniencia ut teneamus nos eam exparte monasterio sancti Petri in prestimonio in omni uita nostra post obitum unius cuiusque nostri remaneat in alio qui superuixerit et non habeat potestatem donandi nec subpignorandi nec uendendi neque alienandi eam, post finem uero amborum remaneat iuri quietam monasterio sancti Petri, in super promittimus obedienciam abbati et conuentu sancti Petri Elysoncie et successores eorum qui post eos in isto monasterio supradicto habitauerint. Siquis contra hunc factum nostrum ad disrumpendum uenerit sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda Domini traditore in inferno dampnatus et ad partem regis uel qui uocem huius karte pulsa-

uerit pectet LX[a] morabetinos. Regnante rege Adefonso in Legione et in Gallecia.

Qui presentes fuerunt de homines bonos de Balneare. Fernandus abba conf. Iohane prior conf. Nicholaus conf. Petrus Pelagii prior conf. Bartholomeus armarius conf. Rodericus Pelagii conf. Rodericus Fernandi sacrista conf. Iohane Monezino conf. Pedro Mergino conf. Iohanes Crespo conf. Petrus Iohanes conf. Pelagius Stephani conf. Pelagius Martini conf. Michael Iohani conf. Iohanes testis. Petrus testis. Dominicus testis. Ego Fernandus abba monasterio sancti Petri una cum omni conuentu eiusdem loci simul cum Gondisalus Roderici et uxor sua Tharesa Pelagii hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus et signum facimus. ✠ Iohanes prior notuit.

111—P

Letra francesa, 0,20×0,30.

CXXXIV

Carta de avenencia otorgada por el monasterio de Eslonza de una parte, y de otra Juan Domínguez, en el pleito que sostenían sobre unas propiedades en Villarabines y la cuarta parte del molino de San Román.

16 Enero. A. 1228.

XPS. Notum sit tam presentibus quam futuris quod orta fuit intencio inter dominum Fernandum Martinez abbatem sancti Petri Elisoncia ex una parte et Iohanes Dominici ex altera super hereditate pertinente ad honorem sancte Marie de Algadef que est in Villa Rabines et super quartam partem cuiusdam molendini quod est in sancto Romano quam hereditatem cum predicta quarta molendini dicebat abbas deuoluendam esse ad predictum honorem sancte Marie de Algadef

quia predictus Iohanes Dominici non fecerat forum honori Sancte Marie de Algadef per tres annos uel ultra et dicebat quod ex quo morabatur in solo sancte Marie de Algadef quod non debebat esse uasallus alterius et quod predicta pars molendini non erat de illo hereditamento de quo debebat facere forum et quia erat uasallus alterius morando in solo sancte Marie propter istud perdiderat hereditatem. Iohanes Dominici dicebat quod semper fecerat forum quando petitum fuerat ab eo, dicebat etiam quod habebat cartam de predicto hereditamento quod faceret forum abati et esset uasallus cuiuscumque uellet, dicebat de quarta parte molendini quod pater et mater eius abuerant et illud forum faciebant pro ea sicut pro alio hereditamento; tandem ad instanciam Fernandus Roderici militis per manus domni Uermudi legionensis canonici et Isidro Garsie ad talem composicionem de uenerunt, quod predictus Iohanes Dominici facere forum ecclesie sancte Marie de Algadef sicut faciunt alii socii eius qui comorantur in honore sancte Marie de Algadef et esset uasallus eiusdem abbatis sancti Petri Elisoncie sine alio domino et debet tenere quartam partem predicti molendini in uita sua, et post eius obitum debet redire ad predictam ecclesiam et predictam quartam molendini non debet uendere nec donare nec alio modo alienare et in tota uita sua debet dare decimam quarte partis molendini ante dicte ecclesie et similiter non debet uendere nec alienare alii de predicto hereditamento pro quo debet facere foro nisi uasallis de monasterio qui faciunt forum in onore commorantes et si forte sine uolumptate abbatis se fecerit uasallum alterius domini uel sub pignoraverit uel uendiderit nisi quod supradictem est eo ipso debet perdere hereditatem quam tenet predicte ecclesie et quartam partem predicti molendini et abbas debet intrare et recipere sua auctoritate et nulli teneatur respondere et si ipse fecerit foros sicut supradictum est non debet perdere nec quarta parte molendini in uita sua. Facta karta in Era M.ªCC.ªLX.ªVI. et quoddum XVII calendas Februarii. Regina domna Berengela domna de Ualencia. Tenente Ualencia Moran Petris. Uillicus eius Martin Paraiso. Tenente ipsa Mota Garcia Rodrici. In sede ouetensis episcopus Iohanes. Alcaa-

dibus de Ualencia Petrus Fernandez, Don Lazareno. Qui presentes fuerunt: Donnus Fernandus monacus sancti Facundi. Rodricus Pelagii, monacus sancti Petri. Dommo Dominicus monacus. Domnus Uermudi canonicus sancte Marie. Garcia Nauarro militis. Esidro Garsia militis. Michael de Ordiales de Uilla Amandos. Fernandus Roderici militis de Uilla Rabines. Don Gonzaluo de sancta Marina. Mulacho. Iohan Cochin. Don Michael. Rui de Uega de Uilla Rabines. Dominicus monacus notuit.

112—P.

Es carta partida por A. B. C. 0,19×0,23. Hay otro ejemplar de letra coetánea que confronta con este.

CXXXV

Venta de unas viñas en Mansilla, otorgada por Juan Martinez, monje de Eslonza, en favor de Domingo Martinez, monje de dicho monasterio.

Febrero. A. 1228.

In Dei nomine. Ego Iohanes Martini monachus sancti Petri Elysoncie facio kartam uendicionis tibi Dominicus Martini similiter monachus sancti Petri, de uineas meas quas habeo in territorio de Mansella in uilla prenominata Castro in illo bago que uocitant de la Siluar uendo tibi istas supradictas uineas pro XX.^{i} solidos quos mihi iam dedisti tali pacto talique conuenientia ut ab hac die uel ora sint de iuri meo abrasas et in tuo dominio traditas ut habeas eas et possideas iure hereditario in perpetuum et facias de illas quicquid uolueris et est numerus illarum uinearum VIII^{o} uineas. Siquis contra hunc factum nostrum ad dirumpendum uenerit quisquis ille fuerit qui talia conmiserit in primis sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda traditore et cum Datan et Abiron luat penas in eterna dampnatione et

insuper ad partem regis uel huius karte uocem pulsanti pectet C.m morabetinos et istas uineas duplatas in tali loco uel in meliori et hoc nostrum scriptum semper maneat firmum. Facta karta in Era M.aCC.aLX aVI.a et quodum in mense Februario. Regnante Domino nostro Ihesu Christo et sub eius imperio rege Adefonso in Legione Gallecia Asturias et Strematura. Maiordomus illius Petrus Infans. Maiorinus regis, Garsia Roderici Carnota. In sede legionense Rodericus episcopus. Tenentes Mansella Ranimirus Froila et frater illius Didacus Froila.

Qui presentes fuerunt. Petrus Pelagii prior conf. Bartholomeus armarius conf. Bartholomeus sacrista conf. Isydorus camerarius conf. Iohanes Martini conf. Rodericus Fernandi sacrista conf. Iohanes testis. Petrus testis. Martinus testis.

Ego Iohanes Martini monachus sancti Petri hanc kartam quam fieri iussi manibus meis roboro et signum facio. ✠ Iohanes prior notuit.

113—P.

Letra francesa 0,10×0,15.

CXXXVI

Venta de dos tierras en Mansilla, otorgada por don Estéban y su mujer en favor de Domingo Martínez, monje de Eslonza.

Febrero. A. 1228.

In Dei nomine. Ego domnus Stephanus una cum uxore mea Marinna Cortes facimus kartam uendicionis tibi Dominicus Martini monachus sancti Petri Elysoncie de duas terras quas habemus in territorio de Mansella in uilla prenominata Ualle in locis prenominatis in Uilla Filoria et alia in illo soto de Ualle illa de Uilla Filoria iacet infra istos terminos: De prima parte illa terra de Dominicus Paton, de se-

cunda parte illa uia que pergit ad illa presa, de tercia parte illa terra sancti Michaelis, de quarta parte illa terra de Petrus Iohani et alia terra de illo soto de Ualle iacet similiter infra istos terminos: De prima parte illa terra de Iohanes Stephani de secunda illa terra de Iohanes de Alion, de tercia illa terra de domnus Guilielmus, de quarta parte illa terra del escobar, uendimus tibi istas terras supradictas pro VI.ex morabetinos bonos et directos, tali pacto talique conueniencia ut ab hac die uel ora sint de iuri nostro abrasas et in tuo dominio traditas iure hereditario habendas ut facias de illas quicquid uolueris. Siquis contra hunc factum nostrum ad dirumpendum uenerit quisquis ille fuerit qui talia commiserit in primis sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda traditore et cum Datam et Abiron luat penas in eterna dampnatione et insuper ad partem regis uel huius karte uocem pulsan ti pectet C.m morabetinos et istas terras duplatas in tali loco uel in meliori et hoc nostrum scriptum semper maneat firmum. Facta karta in Era M.aCC.aLX.aVI.a et quodum in mense Februario. Regnante Domno nostro Ihesu Cristo et sub eius imperio. Rege Adefonso in Legione Gallecia Asturias et Strematura. Maiordomus illius Petrus Infans. Maiorinus regis Garsia Roderici Carnota. In sede legionense Rodericus episcopus. Tenentes Mansella Ranimirus Froila et frater illius Didacus Froila.

Qui presentes fuerunt. Dompnus Geruas presbiter conf. Dompnus Marchus clericus conf. Dompnus Iuuannin conf. Dompnus Facundus conf. Martinus Lupi conf. Petrus Lupi conf. Dompnus Ciprianus conf. Iohanes Isydori conf. Dompnus Guilielmus conf. Petrus testis. Dominicus testis. Martinus testis.

Ego Domnus Stephanus una cum uxore mea Marina Cortes hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus et signum facimus. ✠ Iohanes prior notuit.

114—P.

Letra francesa, 0,11×0,17.

CXXXVII

Venta de una viña en Vilella, otorgada por María Peláez y sus hijos en favor de Domingo Martínez, monje de Eslonza.

Febrero. A. 1228.

In Dei nomine. Ego Maria Pelagii de Uillella una cum filiis meis Dominicus Petri et Maria Petri et Iuxta Petri facimus kartam uenditionis tibi Dominicus Martini monachus sancti Petri Elysoncie de quandam nostram uineam quam habemus in Uilliella in loco pernominato Ualle de Uilliella et iacet infra istos terminos: De prima parte uinea Dominicus Martini, de secunda terra de Petrus Carnota, de tercia uinea de filiis dompnus Lupus, de quarta parte uia que pergit per ualle de Uilliella, uendimus tibi istam supra dictam uineam pro XII.cim solidos quos nobis dedisti tali pacto talique conueniencia ut ab hac die uel ora sit de iuri nostro abrasa et in tuo dominio tradita ut habeas, possideas iure hereditario in perpetuum, uendas dones et facias de illa sicut tibi placuerit. Siquis contra hunc factum nostrum ad dirumpendum uenerit in primis sit maledictus et exchomunicatus et cum Iuda traditore et cum Datam et Abiron luat penas in eterna dampnatione et insuper ad partem regis uel huius karte uocem pulsanti pectet. C.m morabetinos et ista uinea duplata in simili loco uel in meliori et hoc nostrum scriptum semper maneat firmum. Facta karta in Era M.aCC.aLX.aVI.a et quodum in mense Februario. Regnante rege Adefonso in Legione Gallecia Asturias et Strematura. Maiordomus aule illius Petrus Infans. Maiorinus regis Garsia Roderici Carnota. In sede legionensem Rodericus episcopus. Tenentes Mansella Ranimirus Froila et frater illius Didacus Froila. Qui presentes fuerunt. Dompnus Geruas presbiter conf. Dompnus Facundus conf. Dompnus Ciprianus conf. Dompnus Marchus clericus conf. Martinus Lupi conf. Iohanes Isydo-

ri conf. Domnus Iuuannin conf. Petrus Lupi conf. Dompnus Guilielmus conf. Petrus testis. Dominicus testis. Martinus testis.

Ego Maria Pelagii cum filiis meis Dominicus Petri Maria Petri et Iuxta Petri hanc kartam quam fieri iussimus manibus nostris roboramus et signum facimus. ✠ Iohanc prior notuit.

115—P.

Letra francesa, 0,13×0,14.

CXXXVIII

Venta de una tierra en Mazariefes, otorgada por don Sancho y sus hijos en favor de Domingo Martinez, monje de Eslonza.

Febrero. A. 1228.

dislo per locis et terminis suis et acepimus de uos in pretio pelle el duos uobes que ad nos bene conplacuit et aput uos de ipso pretio nicit remansít deuito ita ab odierno die uel tempore de nostro iure translatum et in uestro iure sit traditum uel comfirmatum abeatis adeatis et in perpetuum uindicetis iure quietum et uos et qui post uobis locum uestrum susceserit. Si quis tamen nos aut filijs nostri aut quiliuet omo ad inrumpendum uenerit iscriptura ista uenditionis quem nos non ualuerimus uindigare in Dei nomine abeatis potestatem pars nostra a parti que uestra ipsum ortum duplatum uel quantum ad uos fuerit melioratum. Facta cartula uenditionis sub die quod erit ipsus idus Octubres. Era DCCCCLXXVIII. Regnante Domino nostro Ihesu Christo et in. . . . . principem Rex noster domno Ranemiro sedem Regni sui Amen. Ego Petro una pariter cum uxor mea in anc cartula uenditionis manus nostras proprias rouorabimus Armentario tes. Montano tes. Frednando tes. Vigilio tes. Osrosno tes. Filios Freiolfo Nepzano tes.

187—P.

Copia como la anterior.

CCX

Donación de unas tierras en Revellines, otorgada por Elías y su mujer Sisverta, en favor de Eslonza.

15 Octubre. A. 945.

Sub nomine Trinitatis domnos et patronos nostros Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et sancte Eulalia virginis in cuius onore fundatum est monasterium Elisonza nos famuli uestri Elias cognomento Zulaimen et uxor mea Sisuerta mole criminum grauati et ingentibus sceleribus opresi pabemus presentiam Domini adstare bonis

operibus nudatus parbis pro magnis offerimus ad sacris sanctis altaribus uestris pro sustentationibus pauperum ad benientium uel seruis Dei qui in eodem loco cotidie in oratione et uigilijs Christo militant tam Aiubandus abba quam etiam et qui post illum loco eius sucesserit offerimus imprimis medietatem de meas terras proprias quas abemus in territorio Lampreana iusta villa que uocitant Reuellines determinatum pro cuntis terminis suis de termino Domnico usque in karralo qui discurrit de castro de Gundisalbo ad Lampriana et pro termino de Cristophoro et de alia parte termino de Mataco per ipsos kasares per ubi eam uobis delimitabimus et coram testibus ad signabimus et ipsa medietate que remansit acepimus de uos pretio solidos XX. que nobis bene conplacuit et de ipso pretio aput uos nicil deuite remansit ita ut ab odierno die et tempore homnia que iam supra nominabimus adque contestabimus pro nos med ipsos uel pro parentibus nostris sit de nostro iure abrasa ipsa terra et in uestro iure et dominio tradita et perenniter confirmata in et omnia quidquid inde facere uolueritis pro utilitate monasterij plenissimam in Dei nomine abeatis potestatem. Si quis tamen nos aut quiliuet omo anc nostram oblationen cartula disrumpere temtaberit sit imprimis a sancta Eglesia extraneus et acetu katolicorum alienus et in futuro ultricibus flamis cum Juda proditore Domini participem lugeat penas et insuper per secularia damna multatus conferat sanctis altaribus uestris uel servis Dei qui in eodem loco abitant auri liuras quinas et ec scriptura firmun bigorem obtineat per omnia secula ualitura. Facta cartula testamenti uel uenditionis sub die quod erit ipsas kalendas Martias. Era DCCCCLXXXIII. Regnante principe nostro Ranemiro rex. Ego Elias cognomento Zulaym anc cartula testamenti uel uenditionis quam fieri uolui et relegendo cognobi manu mea. ✠ feci. Sisuerta confir. manu mea. ✠ feci et coram testibus tradimus ad rouorandum. Mayor testis. ✠ feci. Dolquiti testis. ✠ feci. Gontario testis. ✠ feci. Ramel testis. ✠ feci. Lili testis ✠ feci. Vilarco testis. ✠ feci. Senior testis. ✠ feci. Ordonio testis. ✠ feci. Amor testis. ✠ feci. Sendamaro testis. ✠ feci. Ramal testis. ✠ feci. Garseas testis. ✠ feci. Halete testis. ✠ feci. Zaaton testis. ✠

feci. Hilala testis. ✠ feci. Mantelle testis. ✠ feci. Ferro testis. ✠ feci. Benze testis. ✠ feci: Ziti testis. ✠ feci.

188—P.

Es una copia como la anterior.

CCXI

Venta de unas tierras en Revellinos, otorgada por Proficio, en favor del monasterio de Eslonza.

30 Junio. A. 946.

In Dei nomine. Ego Proficio abba tibi Adiubando abba uel omnem collegio fratrum Elisonzia in Domino Deo eternam salutem, Amen. Placuit mici adque conbenit nunlis quo egentis inperio neque suadentis articulo set propria mici acessit uoluntas ut uinderem uobis meas terras proprias quem abeo in territorio Lampriana in locum predictum iusta villa que uocitant Reuellinos determinatas pro cunctis terminis suis de carrale qui discurrit de castro de Gundisalbo ad Lampriana et per termino de ipsa uinea de Cristoforo et pro eglesia Sancti Mametis et per terminum Daniel et affiget de Furtunio et de Veremudo et pro termino de Ensila et afiget in termino de Veremudo et alio agro qui fuit de Ferronio usque in termino de Veremudo et Vanisendato et alio agro qui est in finem de ipso quinionem infra Ensila et ermiayro et ipsum villare qui est in termino de Veremudo et per uia qui discurrit de Reuellinos ad Lampriana et in circuito pro carrale maiore, sicomodo includet usque in binea de Cristoforo cum meas kasas et ipsas cortes et ipsos ortos cum suos puteos et ipso agro qui fuit de Ferronio et alio agro qui est iusta Ensila et ermiario santi H. qui iam resonat in carta ad integritatem uobis concedo et comfirmo ita ut ipsa terra qui est in termino et pro carrale qui discurrit de Reuellinos ad Arcelo et per termino de Juliano aben Motaher et de Joanes et de Carlo abba et per

termino de Ensila et de ermiario et de Cristoforo et pro alio termino de ensila et per termino de Veremudo et de Rauza et afiget in karrale qui discuret de Reuellinos ad Arcello medietatem uobis concedo citra ipso agro qui fuit de Ferronio et de Ensila qui iacet ipsas ereditates de. . . . . uendiui ad integritate et ipsum qui determinabimus per circuitu medietatem uobis concedo ut diuidat illam cum Vanisenda siluenerint uos pro ueritate ea tamen ratione seruata post qua firmaberint ipsa terra prendite de illorum parte tantum quantum uobis ad integritate uendidi et in alios locos in lacunas de Arcello uindo uobis meas pausatas ad integro ubique potueritis eas inbenire omnia uobis uindo adque concedo et acepi de uos pretio CLXIIII. solidos que mici bene conplacuit et aput uos de ipso pretio nicil remansit, ita ut ab odierno dierno die et tempore abrasas ipsas terras et ipsas kasas et ipsas pausatas de meo iure sint in uestro iure et dominio traditas et perenniter confirmatas abeatis edeatis teneatis uindicetis iure quieto usque in perpetuum. Et si aliquis omo uos ad inrumpendum benerit que ego uindicare non baleam tunc abeatis potestatem de me adprendere ipsas terras et ipsas kasas et ipsas pausatas duplatas uel quid quantum ad uos fuerint melioratas et uobis perpetim abiturum: Facta cartula uenditionis sub die quod erit pridie kalendas Julias. Era DCCCCLXXXIIII. Regnante principe nostro Ranemiro. Froia confessor confirmans manu mea ✠ feci. Gontino confessor confirmans manu mea ✠ feci. et coram testibus tradimus ad rouorandum. Delisoncia Fantim filius Sesnandi tes. ✠ feci. Dauid nepus Sabarici tes. manu mea ✠ feci. De Ceralsinor. Dolquitisce Viniz tes. ✠ feci. Zaaton filius Animii tes. ✠ feci. Matel suo germano tes. ✠ feci. Hilali tes. manu mea ✠ feci. Delegina Maruan germano de Gaudenzius presbiter testis manu mea ✠ feci. Ego Proficio abba in anc cartula uenditionis manu mea. ✠ De Villa de Auriolo Emiliano tes. ✠ feci. Motaraf tes. ✠ feci. Ruderico tes. ✠ feci. Gontino tes. ✠ feci. Recemondo presbiter tes. ✠ feci. De sancti Micaello: Gondefredo confessor ✠ feci. Vanbamira confessor manu mea ✠. feci. De Reuellinos Cristoforo tes. ✠ feci. Laurentius testis manu mea ✠ feci. Gandioso

tes. manu mea ✠ feci. Ensila tes. ✠ feci. Raysendo presbiter tes. ✠ feci. Zayti tes. manu mea ✠ feci. Vincemalo presbiter tes. ✠ manu mea feci. Zentanio tes. ✠ feci. Fortes presbiter filius Gemondi testis manu mea ✠ feci. De Valdemian Pinioli confessor testis manu mea ✠ feci. Valeriano conffessor de Sancti Cipriano de Fano tes. manu mea ✠ feci.

189—P.

Es copia como la anterior.

CCXII

Donación de unos bienes en Matillas, otorgada por Fulgencio y por su mujer, en favor de Eslonza.

14 Febrero. A. 948.

Inmenso Deo hac domíno Saluatori que nostro cui cedunt celestia et famulantur terrestria in cuius nomine fundata est eglesia monasterio dedicata sanctorum Petri et Pauli apostolorum ego famulo uestro Fulgentio una cum uxor mea Nonita pauemus presentiam Domini uonis operibus esse nudatis parba promagnis hofferimus adsacris sanctis altaribus uestris pro substentationibus pauperum aduenientium uel seruis Dei qui in eodem loco cottidie in oratione et in uigiliis Christo militant, tam Adiubando abba quam etiam et qui post illo loco eius sucesserint. Hofferimus inprimis villam quem abemus in locum predictum que uocitant Matellas super villa de Patricio territorio Aratoy homnia quod abemus in casas in terras et uineas pomiferis auro argentum et uestimentum iumenta et armenta siue et pecora tam mouile quam etiam et inmouilem homnia quidquid hacmentauimus uel hacmentare potuerimus in uita nostra quam etiam et post obitum nostrum seruos uel ancillas homnia que supradiximus ad domum Dei illum concedimus ad integritate in monasterio Elisonzia et cum coniuratione confirmamus

Si quis tamen quod fieri minime credimus aliquis homo ausus et intemeratus hanc testamentum ad disrumpendum uenerit uel uenire conauerit inprimis sit a sancta Eglesia extraneus et a cetu catholicorum alienus et in futuro ultricibus flamis cum Juda proditore Domini participium abeat penis et insuper secularia damna multatus conferat sacris sanctis altaribus uestris uel seruis Dei qui in ipso loco deseruierint auri liuras quinas et ec scriptura testamenti firmum uigorem obtineat per homnia secula ualitura. Facta scriptura testamenti notum die quod erit, XVI kalendas Martias. Era DCCCCLXXXVI. Ego Fulgenzo in anc cartula testamenti quem fieri uolui manu mea ✠ feci. Nonita confirmans manu mea ✠ feci et coram testibus tradimus ad rouorandum. Argemiro presbiter tes. ✠ Juliano presbiter tes. ✠ feci. Hazmon tes. ✠ feci. Maxito tes. ✠ feci. Joanes tes. ✠ feci. Rodanio tes. ✠ feci. Martino tes. ✠ feci. Tello tes. ✠ fec. Abdela tes. ✠ feci. Dolquiti tes. ✠ feci. Spera in Deo tes. ✠ feci. Ariulfo tes. ✠ feci. Domno patre tes. ✠ feci. Marini tes. ✠ feci. Ferrio tes. ✠ feci. Gego tes. ✠ feci. Hozen tes. ✠ feci. Abduc tes. ✠ feci. Abduz tes. ✠ feci. Christoforus tes. ✠ feci. Zaete tes. ✠ feci. Abolazba tes. ✠ feci. Godesteojd tes. ✠ feci. Stefano tes. ✠ feci. Abaysa testis. ✠ feci. Alio domno patre ✠ feci. Edesso tes. ✠ feci. Loponte tes. ✠ feci. Hanni presuiter testis.

190—P

Copia como la anterior.

CCXIII

Donación de unos bienes en Mellanzos, otorgada por Elduara, en favor de Eslonza.

17 Abril. A. 952.

Inmenso Deo ac Domino salbatori que nostro cui cedunt celestia et famulantur terrestria cuius nomine fundata est eglesia monasterio dedicata sanctorum Petri et Pauli apostolorum in balle Elisonzia. Ego famula uestra soror Elduara mole criminum grauata et ingentibus sceleribus hopresa pabeo presentiam Domini uonis operibus esse nudata parbis pro magnis hoffero sacris sanctis altaribus uestris pro substemtationibus pauperum adbenientium uel serbis Dei qui cotidie in orationibus et in uigilijs Christo militant tam Adiubando abba quam etiam et qui post illum loco eius sucesserit, offero inprimis homnia mea ereditatem que abeo in ualle Elsonzia in uilla que uocitant Mellanzos in kasas in terras in bineas pomiferos montibus fontibus aurum argentum uestimentum bobes obes et armenta pecora et iumenta homnia que abeo uel acmentare potuero ad integritate uobis concedo ita ut ab odierno die uel tempore homnia que supra iam nominabimus post obitu meo sit abrasum et in uestro iure traditum et perenniter confirmatum homnia quidquid inde facere uolueritis pro utilitate monasterii licentiam in Dei nomine abeatis potestatem. Si quis tamen quod fieri minime credo anc oblationem cartule testamenti infringere uoluerit quidliuet sit persona inprimis sit extraneus a sancta eglesia et a cetu catholicorum alienus et ultricibus flamis cum Juda proditore Domini participem lugeat penas et insuper damna secularia multatus conferat sanctis altaribus uestris uel serbis Dei qui in eodem loco deserbierint auri libras quinas et ec scriptura testamenti firmum uigorem obtineat per secula ualitura. Factum testamentum die quod erit XV kalendas Ma-

gias Era DCCCCLXXXX. Ego Elduara in testamentum a me factum quem fieri uolui manu mea ✠ feci et coram testibus tradidi ad rouorandum. Ababdella Tello ibi preses fui et manu mea ✠ feci. Abalza Adefonsi testis ✠ feci. Don patre suo Gasaliane testis. ✠ feci. Sabila Animio testis ✠ feci. Helizorbicio testis ✠ feci. Prubiano confessor scripsit.

191—P.

Copia como la anterior.

CCXIV

Donación de unos bienes en villa Contildi, otorgada por Pelayo, presbítero, en favor de Eslonza.

A. 1015.

Sub Christi nomine indiuidue Trinitatis uobis domnisimis adque gloriosimis et post Deum nobis fortissimis saggre Eulalie uirginis et sanctorum Petri et Pauli celestibus regni corum reliquie recondite sub aulam idem gloriosi suis sanctis in logum qui uocidant Elisonza in terridorio legionense. Ego umilimus serbus uester Pelagio presbiter cum mater mea Gota licet indignis piaculorum meorum cupiens expiare flaicia et peccatorum meorum honeris orationum mearum desiderans adiutorio subleuare parba pro magni offero, sciens quod a nullus quidam in hoc seculo omnibus uos indigere censum qui a iatu per sanctifigacionem dominus noster sua in regno deitatis munire cumula ut ergo pro luminaria eglesie uestre adque instipendia pauperum uel qui in aulam beatidudinis uestre cotidianis diebus militet uidentur concedimus in uestro logo ic in Sollanco iusta flumine Istola in logo predicto villa Contildi quos abui de auorum et de parentum meorum et de meas conparaciones qum domus edifigatus terras uineas pratis

pascuis padulibus montibus fontibus sautos pelagus molinarias exitus aquis aquarum cessum regressum quantum ad ipsa villa pertinet ad intecritate concedo ad sacrosancto altario uestro sancte Eulalie virginis et sanctorum Petri et Pauli qui ibidem in laudem Dei deseruire omnia quo ibidem pro piaculis meis offerrui ad expendum illis in supra decior adque contestator ut omnes Deum timentes Pasquale abba uel collegium fratrum qui ibidem auidant et qui uenerit ad auidandum uotum meum adinpleat. Quam ore damus adque concedimus sanctis altaribus tuis superio logo fundatis pro utilidate et sustemtacione fratris qui ibidem oracionibus et uigiliis Christo milidant inprimis nominatos Pelagius presbiter et mater mea Gota donamus et concedimus ereditates nostras sigut superibus diximus ita auodierno die ex tempore de iuri nostro translata et in iuri et in podestate fratrum qui in supradicto monasterio permanserit ex integro sint tradita et perpetuo auitura et confirmata. Quod sic quod absit nos aut aliquis libet et eredibus aut propinquis nostris ab odierno die et deinceps contra hanc donacione ad inrumpendum uenerit aut comodo aliquis et inde infringere aut inmundare uoluerit sit inprimis a sanctam Eglesia extraneus et a zetu catholicorum alienus et a corpore Cristi sit extraneus et in futuro ultricibus flamis et cum Judas proditore Domini infinitis temporibus cruciaturus, in supra secularia damna multatus conferat sancto altario tuo uel seruis Dei qui in ipso logo deseruiens auri libras bis quinas et scriptura firmo uigore obtineat per secula auitura. Facta donacio testamenti die quod est idus Decembris. Era LIII. post Millesima. Pelagio presbiter et Gota hanc donacione a me facta manus nostras proprias rouorauimus. Testibus ad rouorandum tradidit. Juannes ic testis. ✠ Belite ic tes. ✠ Peidru ic tes. ✠ Fauiui conf. Amelle conf. ✠ Belite conf. ✠ Juannes presbiter titulauit.

192—P.

Copia como la anterior.

CCXV

Donación de unas heredades en Ceresales y en otros puntos, otorgada por Pelayo Bermúdez, en favor de Eslonza.

26 Octubre. A. 1049.

In nomine Domini. Magnus est enim titulus donationis, inqua nemo potest hac actum largitatis inrrumpere neque foris legem persolvere sed quidquid libenter semper amplecti evo perenni. Denique lex cuncta Godorum ut rem donata si presentibus tradita fuerit magis nullo modo repetatur a donatore, sed per scriptura vel presentes convincat vera esse quæ narrat et posttea donationis plenissimam habeat firmitatem. Ego Pelagio Vermudez uobis Domnos meos et Principes magnus, et domno Fredenando, et conjungem vestram regina donna Sanctia, et filiis vestris in Domino Deo Dei filio super annixo et veram sospitatem Amen: Ideo placuit mici per bono pacis volumptas ut facerem vobis Domnos meos desuper iam memoratos per hanc scripturam donationis et confirmationis de omnes meas ereditates vel divisiones quos mici evenerunt inter meos heredes, et quos ereditavi de fratribus, et filiis meis: Item concedo vobis inprimis in ripa fluminis Porma, in Ceresales tres quartas, et inrivi Curonio, villa quam dicunt Decania, et alia villa Vezella quos fuit de tia nostra, et sogra donna Gromacia, et alia uilla in Boniare fonte Penera quos fuit de genitoribus meis Vermudo Nunnez et donna Sanctia, et ibidem alia quam dicunt Villa Illici, et item ibi in Boniar uilla quam dicunt Villela quos fuit de mea comparatione, et Villanoba in ualle Ezebrero quos hereditabi de soror mea domina Elvira et de fratri meo Iohannes Veremutiz, et alia uilla in Colleselectus, et in Isoda populatura qua dicunt Almuzara, et item in ripa fluminis Estola uilla quam dicunt Campos Caduazer quos fuit de genitoribus meis Veremudo Nunniz, et domna Sanctia, et alia uilla

quam dicunt Villa Didaci. Et in Valle Porkero illa tertia et uilla quam dicunt Manmellar sicut fuit de genitoribus meis, et uilla quam dicunt Morale quos fuit de tia nostra donna Estregoto, et alia uilla quos fuit de socro nostro Scemeno Veilaz. Ibidem in Morale, item et in Campos in Riosicco uilla quæ vocitant Valle de Genebro, et ibidem in Riusicco... Villa. Et in adhuc concedimus vobis adquisitiones et comparationes et atondos de filio meo Anaya Pelayz. Item et intus portum Asturias concedo vobis in ripa fluminis Nelone Villa auria quos fuit de fratre nostro Iohanes Veremudiz, et in Flabiana duas tertias in veiga et Villa in Era Kio, et alia uilla in Fonte auria, et alia Villa in Tirania, et in lacuneio Villa petralacta quos pariaront Veremudo Vilieniz ad pater meus pro omecidio, et alia uilla in Villa viride quos fuit de soror nostra domina Gelvira et in Opiniana villa quæ vocitant Riusicco et villa quæ vocitant Salaes, et villa quæ dicunt Aquis, et interminos de Caso uillaquæ vocitant Latinis et in Isoda Bustus quos fuerunt de avio nostro Nunno Osoriz, et patre meo Veremudo Nunniz; et in Lectata concedimus illos pinos cum suos fornos duos laboratos et III.er profacere. Omnes has villas, et hereditates sicut de superioribus resonant cum omnia sua prestantia vobis eas dabo, adque concedo ab omni integritate cum cortes et casas, per vineas, et terras, montes, fontes, pratis, pasquis, paludibus, arbores fructuosas, et infructuosas, aquis aquarum, cumductibus earum, secundum eas obtinuerunt abios et parentes meos Veremudo Nunniz, et mater mea donna Santia cum cunctis ajacentijs et prestationibus suis, per quam includent suos terminos et cum omnes habitantes in eas, velqui venerint ad habitandum ad vestrâm concurrant jussionem. Ita ut de odie die vel in omni tempore sit ipsas villas de juri meo abrrasas, iurique vestro sit traditas, atque confirmatas, ut habeatis, et teneatis tam vos, qua etiam et filiis vestris et aduc accepi de vobis ad confirmandum istam scripturam solidos CC de argentum. Item et in Riosa concedimus vobis villas et hereditates cum sua prestantia quos fuerunt de socrum nostrum et de uxor sua donna Gromacia et Scemenu Ueilaz et de nostra razone, licentiam et potestatem habeatis illis inquirere et aplicare et vobis servire. Siquis

autem aliquis homo venerit adisrrumpendum vel venire temptaberit contra hunc factum nostrum tan ego Pelagio Uermutiz, vel ex quosanguineis meis, aut extraneis velquemlibet homo quisquis ille qui fuerit, qui talia commiserit pariet vobis donnos meos rex donno Fredenando et regina donna Sanctia, et ad filiis, et adneptis vestris velqui voci vestræ pulsaverit ipso quæ in carta resonat perduplum et ad parte regis exolbat auri libras duo et hanc scriptura confirmationis plenum habeat roborem et perpetuam firmitatem nunc et jugiter... Notum die IV kalendas Novembris Era LXXXVII super millesima. Ego Pelagio Veremutiz in hanc carta donationis et confirmationis manu mea roborabi et coram testes signum feci. ✠ Donus Adjuctus Ciprianus legíonense sedis Dei gratia episcopus. Sub Cristi auxilio Sisinandus Porto Kalense sedis Dei gratia episcopus. Comite Veremudo Ordoniz confirm. ✠ Adefonso Ordoniz confirm. ✠ Sanctio Ordoniz confir. ✠ Miliano. ✠ Ruderico testes. ✠ Miguael testes. ✠ Hecta Nunnu Alvariz cf. ✠ Gundisalbo Albariz cf. ✠ Hanne Hannez cf. ✠ Scemeno Lupiz cf. ✠ Flaino Nunniz cf. ✠ Martino Sancxiz cf. ✠ Garsea Fernandiz cf. ✠ Ero Salitiz cf. ✠ Veremudo Eriz cf. ✠ Nepzano Eriz cf. ✠ Daniel Pelaez. cf. ✠ Rapinado Ectaz. cf. ✠ Froila Ruderiguiz cf. ✠ Adega Pelaez cf. ✠ Petro Vequiz cf. ✠ Didago Pelaiz cf. ✠

193—P.

Copia como la anterior.

CCXVI

Cartas de venta de unas viñas en Villamontán y en otros lugares, otorgadas por Vicente, en favor de Doña Acenda Rodríguez.

29 Noviembre. A. 1071.

In Dei nomine. Ego Uincenti ab uobis domna Acenda Roderiquiz in Domino Deo eternam salutem amen. Placui mici uoluntas adque

conueni nullis quoque gentis inperio neque suadentis articulo set propria nobis accesint uoluntas caro animo espontanea mea uoluntate facio io Uincenti ad uobis domna Acenda cartula uenditionis II.as terras et una uinea quem abeo de abios meos uel de parentes meos Lo aut de mea comparationes aut de eredibus nostris ipsas terras et ipsa uinea in territorio leionense inter fluminis Porma et Istola: item in loco predicto in Uilla Montane in loco predicto in illo plano de Garfudos ipsas terra in primo termino de domna Quilio et alia parte per termino de mibe Vincenti et de III.ª parte in margine antiqua et IIII.ª per termino de Citi Justiz et alia terra in primo termino pro termino de Citi Justiz et de suos germanos ipsas infrane ipsos terminos et affligen unde primiter diximus it ipsa uinea in primo termino de parte Annagia Joannes et de alia parte pro termino de domna Gello unde primiter diximus ipsa uinea in autero magior ipsa uinea et ipsas terras infrant terminis suis et amatestes pro ipsas terras et pro ipsa uinea L ª eminas de uino de renobo que abuimus addare et si aliquis omo ad scriptura ista ad arumpendum ueneri uel uenerimus aut per nos aut per aliquis omo quomodo parie in uincenti aut aliquis omo isto duplato quanto a uobis fuerit preendere melioratum et scriptura ista abeant firmitate. Facta cartula uenditionis notum quod erit sub ato II nonas. Et ego domna Gello ad uobis domna Acenda Roderiquiz facio uobis cartula uenditionis uel pactum uinea mea propria quem abeo de abios meos aut de parentibus meis in territorio legionensem inter Porma et Istola in loco predicto in Uilla Montane in ipso autero magiore pro cuntis terminis suis in primo termino per termino de Annaia Joannes et alia parte per termino de Vincenti et de III. parte per termino de Ectta Citiz et affligit unde primiter diximus et alia terra in illa solana inter Garfudos et Uilla Montane pro cunctis et terminis suis, in primo termino per termino de domna Quilio et de alia parte per termino de Pelagio Gonçalbiz et de III. parte per termino de Gonçalbo Sonnaz et de IIII. parte afflije ad illo prato ipsa terra infra ipsos terminos et accepimus de uobis pro ipsa terra et ipsa uinea C. eminas de uino, precio placiuile que nobis et uobis bene conplacuit et de ipso precio contra uos nicil

remansit set totum precio complistis ita ut de odie die uel tempore de nostro iuro absterset set in uestro iuro sedeant ipsas uineas et ipsas terras confirmatus abeatis teneatis uindicetis possideatis faciatis que uobis fuerit uolumtas, et si aliquis homo ad scriptura ista ad disrumpendum uenérit uel uenerimus aut per nos aut per aliquis omo quomodo pariemus ipso uino duplatum uel triplato quantum a bobis fuerit preendere melioratum. Et ego Annia a bobis Accenda Roderiquiz facimus cartula uinditionis uel pactum de una uinea nostra propria quem abeo de mea conparatione et ipsa uinea in autero magiòre in primo termino per termino de Pelagio Gonçalbiz et de alia parte per termino de Ecta Citiz et de mibe Accenda Rodderiquiz et afflige unde primis diximus et alio medio maliolo quem abeo cum Ecta Citiz et accepimus deuobis pro ipsas uineas XXV. eminas de uino precio placiuile que nobis et uobis bene conplacuit et de ipso precio aput uos nicil remanssi set totum precio conplistis ita ut de odie die uel tenpore de nostro iure abstersa set in uestro iure sedeant confirmatus abeatis teneatis uindicetis et faciatis que uobis benefuerit uoluntas, et si aliquis homo ad scriptura ista ad erumpendum uenerit uel uenerimus aut per nos ant per aliquis omo quomodo parie jo Annaia Joannes ipso uino duplatum uel triplatum et a parte rex auri libras quinas et scriptura ista abeant firmitate. Facta cartula uenditionis notum die quod est dominico. Ego Velite Migaelliz a bobis Acenda Roderiquiz facimus cartula uenditionis uel pactum de uinea nostra propria in territorio leonensem iusta fluminis inter Porma et Istola in loco predicto in autero de Uellosellos per locis et cunctis terminis suis in primo termino de Sancti Petri et II.º per termino de Santa Maria et de III.º termino de Belliti Petriz et afflige unde primo diximus et alia uinea ad illas fontes in primo termino de Pelagio Gonçalbiz et alia parte per termino de Annaja et alia parte per termino de mibe Accenda Roderiquiz et afflige unde primis diximus ipsas ab uobis concedimus ex integras et accepimus de uobis in precio pro ipsas uineas VIII. eminas de uino de renouo pretio placiuili qui nobis bene conplacuit et ipso uino aput nos nicil remansit set totum pretio complistis. Facta cartula uenditionis uel pactum ita ut de odie die uel tempore

in uestro iuro redeant confirmatus ipsas uineas in uestro iuro et si aliquis homo ad scriptura ista ad erumpendum ueneri uel uenerimus aut per nos aut per aliquis ex eredibus quomodo pariemus ipso uino duplatum quantum a bobis fuerit prendere melioratum et parte rex auri libras quinas, notum die quod erit dominigo. III. Kalendas Dicembres in Era C. VIIII. super Millesima, Regnante Rex Adefonsus in Legione. Sub Christi Dei gratia Pelagius episcopus in sedem Sancta Maria. Et ego domna Gello et Citi ad uobis donna Accenda facimus cartula uindicionis de alio maliolo iusta alia uinea quam de uobis primiter accepimus ipsa illo autero et accepimus de uobis pro ipsa uinea in precio XVII eminas de uino precio placiuile que nobis et uobis bene complacuit et de ipso precio abut nos nicil remansit set totum precio conplistis. Facta cartula uindicionis notum die quod erit Dominco. Ego Vincenti in anc cartula una pariter cum filijs meis manus nostras rouorauimus. ✠ Et ego Annaia manu mea roborabit. ✠ Et ego Donna Gello et Citi manus nostras. ✠ Qui ic fuerunt pro testes. Ecta ic testis. Vincenti ic testis. Citi ic testis. Belite ic testis. Joanes presbiter titulabit.

194—P.

Copia como la anterior.

CCXVII

Donación de una heredad en Villa Montan, otorgada por Anaia Juanes en favor de Eslonza.

14 Octubre. A. 1077.

In Dei nomine ante secula existentis eterni uidelicet redemptoris et pij. Ego Annaia Johannes una cum uxore mea Speciosa paueo presentiam Dei bonis operibus esse nudatus dum constet nos nudos fore natos in hoc seculo nudi etiam recedemus ab eo tantum ex illo tollen-

tes quantum in eum intulimus. Opportet ergo ut quod ab omnipotenti Deo accepimus illi quandoque fideliter reddamus. Ego igitur iam suprafatus Johannes cum coniuge mea et filiis meis pro abolendis peccatorum maculis sine ulla perturbacione aut aliqua necessitate sed propria mea uoluntate parua pro magnis offero ad altare sublimium apostolorum Petri et Pauli et abbati domno Christoforo uel qui post eum loco eius successerit pro sustentacionibus pauperum et pro necessitatibus monachorum Christo die nocte que famulancium ut anima mea exinde ante Deum aliquod abeat solacium. Offero igitur inprimis hereditatem meam propriam que mihi a parentibus meis iure hereditario donata est in Villa Montane per locis et terminis suis terras uineas arbores fructuosas et infructuosas pratis pascuis molinariis piscariis fontibus montibus cesum uel regressum domitum et indomitum omnia que ibi inueniuntur do et concedo santis iam suprafatis Petro et Paulo ut illorum suffragiis anima mea eruatur a flamis tartareis. Si quis uero aliquis homo iniqua ductus cupiditate contra hunc factum meum a me sponte patratum ad infringendum uenire temptauerit tam de extraneis quam etiam de propinquis quisquis fuerit qui talia mouere conauerit a sancte Ecclesie secernatur gaudio et alienetur a cetu catholico, ereat eius lingua in palati antro ne aspiret confessionis sermo in die supremo, sit seiunctus a Christi communione, damnatus cum Juda Domini proditore, multetur pena cum Datan et Abiron in eterna dampnatione derelictus a Cristo in inferno inferiore ut has paciatur penas in generatione et generatione. Amen. Hec uero cartula a me facta et manu propria roborata permaneat intacta ualitura per secula cuncta. Amen. Facta cartula testamenti II. idus Octobris. Luna XXV. Era M. C. XV. Regnante Rege Andefonso in Legione et in Toleto. Petrus episcopus in sede sancte Marie legionensis. Paschasius abbas sancti Michaelis conf. Pelagio Vellitiz conf. Petro Didaz conf. Didagus Pelaiz conf. Aluaro Pelaiz conf. Petro tes. Johannes tes. Didago tes. Ego Annaia Johannes cum uxore mea Speciosa et cum filiis meis in hac cartula testamenti manibus nostris roborauimus, et signum fecimus. ✠ Et ego Dominico Annaiaz una cum uxore mea Maria Viuiz

in hac cartula manus nostra roborauimus et signum fecimus. ✠ Petrus presbiter scripsit.

195—P.

Copia como la anterior.

CCXVIII

Donación de la quinta parte de una heredad en Villafalegi, otorgada por Cid y por su mujer María, en favor de Eslonza.

24 Agosto. A. 1080.

Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis domnos et patronos nostros sanctorum Apostholorum Petri et Pauli et sancti Vicenti et sancti Joannes Babtista in cuius honore fundatum est monasterio in albeo Elisonza in territorio leonensem inter ribolus numcupatos Porma et Estola nos famuli uestri Citi cognomento Ecce Xemeniz et uxori sue Maria mole criminum grauati et ingentibus sceleribus oppressis pauemus presentiam Domini bonis operibus astare nutati parbis pro magnis oferimus ad sacris sanctis altaribus uestris pro substentationes pauperum aduenientium uel seruis Dei qui quotidie orationibus et uigiliis Christo militant uel pauperum qui superuenerit tam Adosinda aba quam etiam et qui post illum locum eius susceserit offerimus uobis quinta de nostra ereditate que abemus in Villafalegii et in Uillaonfferro quinta in mea ereditate que abemus de abios et de parentibus nostris et in Paramello quinta in mea ereditate quantum inde quatraberit inter meos eredibus terras uineas pratis pasquis padulibus ortales pomiferis exitus sautis molinarias piscarias montibus fontibus aquis aquarum cessum uel regressum quantum ad ipsas villas adpertinet et nos famulis Dei Ecce et uxori sue Maria tam etiam in prauo quam etiam et indomitum ipsas ereditates ubi illas potueritis inuenire quomodo de superioribus resonat pro animas nostras et de parentibus nostris de

genitoribus nostris ut omnes Deum timentes uotum nostrum adinpleat et si aliquis omo anc factum nostrum uel nostram oblationem infringerit uel disrumpere temtaberit imprimis sit extraneus ad fidem catholicam et fidem Christi et a ceto catholicorum alienus et in futuro ultricibus cum Juda traditore Domini participem lugeat penis et insuper secularia damna multatus et ad parte Eglesie uestre auri libras binas quinas, et cartula testamenti firmum uicore obtineat uigore. Facta cartula testamenti notum die quot erit Dominigo VIIII kalendas Augustas. Era CXVIII super millesima. Regnante Rex Adefonsus in Legione. Pelagius episcopus in Sancta Maria sedis. Ego Citi et uxor sue Marie in anc cartula manus nostras rouorauimus. ✠ ✠ Juuan presbiter conf. Pasquale presbiter conf. Dominigo presbiter conf. Joannes presbiter titulauit.

196—P.

Copia como la anterior.

CCXIX

Donación de una heredad en Villacentol, otorgada por Sonna Moniz y su mujer Sancha, en favor de Diego Citiz.

1.° Julio. A. 1085.

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Magnus est enim titulus donationis inqua nemo potest actum largitate inrumpere nec foris legem proicere, sed quicquid grato animo pronaque voluntate facere decreuerit semper libenter amplectitur. Ideoque ego Sonna Moniz et uxor mea Sancia, euenit nobis caro animo integroque consilio et liberali arbitrio pagina stilo texere de nostram diuisionem quam habemus in Villa Centolle et concedimus eam tibi Didaco Citiz et uxori tue ab omni integritate propter seruitium bonum quod nobis facis, et promittis facere. Ideo damus ipsam diuisionem tibi cum suis exitibus,

terris, vineis, pratis, pascuis, padulibus, arboribus fructuosis et infructuosis montes, fontes, cessum, et regressum abomni integritate, concedimus tibi Didaco Citiz et uxori tue Iusta. Et ad confirmandam cartulam istam accepimus de te vnum azor valens C. solidos de argento, ita amodo et inceps sit ipsam diuissionem de iuri nostro abstersa et in vestro dominio tradita atque confirmata per secula cuncta; sane quod minime credimus fieri que contra hunc nostrum factum ad disrumpendum uenerit uel uenerimus tam de propinquis seu de extraneis quisquis fuerit quitale commisserit sit ille Deo reus, et a communione extraneus, et a corporis et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, priuatus, et cum Iuda Scariot per euo infinito cruciandus, pro damna secularia inferat tibi Didaco Citiz et vxori tue Iusta et posteris tuis ipsam diuisionem in duplo et in limite cum simili labore, et aparte regia auri libras quinas stante et permanente hec series stripture per secula cuncta. Facta cartula donationis notum die quod erit ipsas, Kalendas Julii. Era millesima centesima vigesima tertia. Ego Sonna Monnius et vxori mee Santie in hac cartula donationis quam fieri iussimus manus nostras escribimus. Regnante Adefonsus Rex in solio patris sui. Pelagius episcopus in sancte Marie legionense sedis. Acximundus episcopus in astoricense sedis. Bernaldus archiepiscopus in palentine sedis. Petro Assuriz comite. Martino Adefonso comite. Monnio Velazquez conf. Gutierre Telliz. conf. Nunno Monniuz conf. Citi. testis. Belliti testis. Dominico testis.

197—P.

Copia como la anterior.

CCXX

Venta de una corte en Mansilla, otorgada por María Miqueléz y sus hijos, en favor de Pelayo Frolaz y de su mujer Oro Pérez.

30 Diciembre. A. 1085.

In Dei nomine. Ego Maria Migaelliz et filio meo Migael Pelagiz et filias meas Elena Pelaiz et Justa Pelaiz a uobis domno Pelagio prolis Frolaz et uxor uestra Oro prolis Petriz in Domino Deo eternam salutem Amen. Placuit nobis adque conuenit uolumtas claro animo nullis quoque gentis imperio neque suadentis articulo set propria nostra nobis accessit uoluntas ut uinderemus nobis a uobis una corte in Mansella minor cum suo exitu et cum sua media closa, in primo termino de Martino Flaginiz et II. termino de domna Elisonza et III. pars de miue Pelagio Froilaz que abuimus de parentibus nostris in territorio legionensis inter ribulus nuccupatus Istola proque accepimus de uobis in precio XVIII solidos de argento precio placiuile que nobis et uobis bene complacuit et de ipso precio aput nos nicil remansit set toto precio conplistis ita ut de odie die uel tempore de nostro iure sunt abrasa et in uestro iure comfirmata abeatis teneatis uindicetis facias que tuas fuerit uoluntas; et si aliquis homo ad disrumpendum uenerit uel uenerimus aut per aliquis homo suposita fecerimus et in concilio auctoricare non uoluerimus quo modo pariemus nobis a bobis ipsa corte cum suo exitu et sua media closa duplata uel triplatum quantum a uobis fuerint prendere meliorata et scriptura ista abeant firmitate. Facta kartula uendicionis notum die quod erit III.ª feria III.º kalendas jenuarias. Era CXXIII super millesima. Regnante Rex Adefonsus in Toleto et in Legione Sabastianus episcopus in sede Sante Marie. Et ego Maria Migaelliz una pariter cum filiis meis in anc cartula manus nostras ✠ rouorauimus ✠ Qui ibidem fuerunt pro testibus. Citi testis. ✠ Domingo testis. ✠

Uelite testis. Pelagio Ueliz conf. Joannes Doneliz conf. Migael Rateriz conf. Petro Pelaiz conf. Domingo presbiter titulauit.

198—P.

Copia como la anterior.

CCXXI

Donación de una heredad en Pesquera y en otros lugares, otorgada por Geloira Rodríguez y su marido, en favor de Eslonza.

11 Febrero. A. 1095.

Domnis inuictissimis hac triumfatoribus sanctis gloriosis que martiribus celestibus regni corum baselica fundata esse dignoscitur in teriturio leonensis in loco certissimo iusta riuulo Porma et Estola nominato Elisonza. Ego ancilla famula Dei Geloira Roderiquiz una pariter cum uiro meo Ueliti Saturnini peccatorum mole depresa inspe et fiductia per sanctorum merita respiro et concedo et ofero sancte Eglesia vestre adque sacro sancto altario uestro sancti Petri et Pauli tam Pasqual abba sub cuius docma monaci ibi degent vita iam supradicto loco concedimus ereditatem nostra propriam que abemus de nostros parentes et de nostras canancias in locos certissimos in Peskera et in Celdegnanis et in sancti Joanis et in villa de Argenti duas tercias in istas villas nostra porcione, cortes, casas, ortos, aruores pumiferos, pratis, pasquis, terras, uineas, montes, molinaria, piscarias, exitus, torcularia, cepas, kauallos, boues et oues, aurum et argentum, ropa, uasilia, tam in brauo quam ecciam indomitum ubi potueritis inuenire de omnia nostra rem quantum resonat in isto testamento usque a miniman quliare propter remedium animas nostras et de parentorum nostrorum ad sanctorum Petri et Pauli Elisonza et si licitum abbati ipsius monasterium hoc uindicare pro uinctu atque uestitum sacerdotum Dei et monacorum illa ecclesia seruientum et quiquid uoluerit potestatem

abeat, et si quis hanc series testamenti ad inrumpendum uenerit uel uenerimus inprimis sit excomunicatus et cum Juda Domini traditore partem sustineat in eterna damnatione et pro partem regis uel iudicium terre libras L.ª Et ec series testamenti plenam abeat firmitatem. Facta series testamenti III. jdus Februarij Era MCXXXIII. Regnante Rex Adefonsus in Legione et in Toletola. Sub Dei gracia episcopus Petrus in sede sancta Marie virginis. Ego famula Dei Geloira Roderiquiz una pariter cum uiro meo Ueliti Saturniniz in anc kartula testamenti manus nostras rouorauimus et signum fecimus. Qui fuerunt ad confirmandum. Pelaio Uelitiz conf. Pelaio Didaz conf. Didaco Dominquiz conf. Arias Nunniz conf. Qui fuerunt hic testes. Dominico testis. Ueliti testis. Cidi ic testis. Joannes presbiter titulauit.

199—P.

Copia como la anterior.

CCXXII

Donación de una heredad en Villa Burgala, otorgada por Justa Juanes y sus hijos, en favor de la Infanta Urraca y del monasterio de Eslonza.

13 Marzo. A. 1095.

In Dei nomine. Ego Iusta Iohannes filia de Vita Citis et de Marta Petris vna pariter cum filiis meis Petro Vellitiz et Maria Vellitiz facimus vobis domina nostra infante domina Vrraka prolis Fredinandi regis, et adipsum locum sanctum et monasterio sancto Petro de Eslonza et eius abbas domino Pasqual, carta de ipsa nostra hereditate de Villaburgula quos mihi dedi et donaui Velliti Saturniniz in meas arras pro quo mihi accepi in conjugio maritale, dono vobis ea abintegro quantum ibi habeo uel habere debeo, pro quo nobis mercedem fecistis, et adnos dedistis ipsa hereditate de Villa Argenti que vobis aduenit et ad ipso monasterio de Geluira Ruderiquiz et ad illa dedit et

donauit Velliti Saturniniz in suas arras, et in conjungio maritale sicut adme feci modo domina nostra jam dicta facimus vobis carta et ad ipso monasterio vna pariter cum filiis meis jam desuperdictis, ut teneamus ipsa hereditate quod in carta resonat, et juri ficemus ea in diebus vite nostre, et si radice uel progenie denos exierit possideat ipsa hereditate usque inde de ipsa prosapie fuerit qui denos exierit, qui filios sumus de Velliti Saturniniz et sinos obitum nostrum uel morte uenerit ante quam denos radice uel progenie non sedeat, possideat mater nostra ipsa hereditate quod in carta resonat dum vita vixerit, et capo fecerit super ipse pater noster Velliti Saturniniz, et modo sic confirmo et facio carta vna cum filiis meis, ut si ego Justa Joannes capo non fecerit super Vellitiz Saturniniz et virum alterum acceperit in conjugio ipsa hora careat ipsa hereditate quod in carta resonat, et veniat ad ipsum monasterio sancto Petro sine ulla inquietatione, et modo fuit migratus ab hoc seculo ipse pater noster Velliti Saturniniz, et atertio die conjuge sua Geluira Ruderiquiz et non reliquit ex ea filio et fecit ad illa carta de quanta hereditate habebat in Villa Argenti pro qua accepi ea muliere in conjugio maritale in suas arras, et ipsa Geluira Ruderiquiz jam desupradicta quando uenit amorte adhuc integro sensum mandaui ipsa hereditate et testaui, amonasterio sancto Petro de Eslonza pro anima sua et de ipso viro suo jam dicto, ubi corpora sua sunt sepulta et tumulata, at ex modo quando uidit, illa infante domina Vrraka que est domina et senior de illo monasterio vna pariter cum ille abbas nobis filiis de Velliti Saturniniz orfanos, et non haberemus alia hereditate, ubi potuissemus viuere mota misericordia et mercede fecit super nos et super nostra matre Justa Joannes et dedi nobis ipsa hereditate de Villa Arienti, et quando vidi ego Justa Joannes vna pariter cum filiis meis quod ipsa domina nostra jam dicta mercede et misericordia fecit super me et super filios meos, placuit in animo meo et de ipsis filiis meis et fecimus carta ad ipsa domina nostra Infante domina Vrraka, et ad ipso monasterio sancto Petro de ipsa hereditate de Villaburgula quod sic similiter ad uenit mihi de meas arras quos ad me donaui et dedi ipse Velliti Saturniniz ita ut teneamus eas in die-

bus nostre et si exierit denos aut remanserit radice uel progenie qui filios sumus de Velliti Saturniniz possideant ipsa hereditate, et si de nos qui filios sumus de V elliti Saturniniz radice se agotauerit uel progenie ueniat ipsa hereditate de Villa Arienti et de Villaburgula ad ipsum locum sanctum et monasterio sancto Petro pro anima de ipso genitor noster Velliti Saturniniz et si ego Justa Joannes remanserit super meos filios et illos mortuos fuerint et radice uel progenie non dexauerint quomodo teneam ego ipsa hereditate in diebus vite mee quod in carta resonat et marito non prendiderit, nec aleiue non fecerit super Velliti Saturniniz et si absit me diabolo me deceperit et marito prendierit, ipsa hora uel die careat ipsa hereditate, et non habeam ego ibi parte nec vllo meo filio qui de alio marito habuero nisi ipse monasterio habeat ipsa hereditate sana et intemerata euo peremni et secula cuncta, et quisquis ille fuerit quinde alia egerit pariet ipsa hereditate quod incarta resonat duplata uel triplata in simile tale locum et aparte regis exoluat auri talenta duo. Facta carta. III. Idus. Marcii. Era I.C.XXX III. Regnante Adefonso rege in Legione et in Castella, et in Nagera etiam et in Tolleto. Ego Justa Joannes vna pariter cum filiis meis Pelaio Vellitiz et Maria Vellitiz, in hanc carta manus nostras roborauimus. Petrus episcopus legionense sedis conf. Asemondus episcopus astoricense sedis, conf. Reimondus episcopus palentine sedis, conf. Pelaio Vellitiz, conf. Pelaio Didaz, conf. Didaco Domenquiz, conf. Pelaio Didaz suo filio conf. Ille abbas domino Pasqual conf. Ioanne Getiz conf. Dominico Citiz conf. Pelaio Migaeliz conf. Fernando Gutierriz. conf. Juliano Monnuz. conf. Acenas Ciprianiz. conf. Martino Petriz. conf. Munio Salvatoriz. conf. Petro Pelaiz conf. Pelaio testis. Ioanne Facundiz testis. Dominico testis. Petrus Domencons notuit.

200—P

Copia como la anterior.

CCXXIII

Venta de una heredad en Villa Aquer, otorgada por Pelayo Pérez, en favor de Martín Pérez.

18 Julio. A. 1126.

In Dei nomine ego Pelagio Petriz facio kartula uendicionis tibi Martino Petriz in domino Deo salutem Amen. Placuit mihi prompto animo et expontanea uoluntate nullum pertimentes metum nec suadentis articulo sed propria mihi acessit uoluntas ut facerem ego Pelagio Petriz kartula uendicionis tibi Martino Petriz de hereditate mea propria que habeo de parentum meorum que me quadrauit inter meos iermanos, ipsa hereditate est in territorio leonensis iusta flumine Estula in uilla que uocitant Villa Aker illa hereditate est pernominata quantum qui fuit de pater meus uel mater mea et tantum uel quamtum que me quadrauit inter meos iermanos exintegro uendo tibi in cortes in solares in terras in uineas in pratis in pasquis in ortales in linares in exitus ad fontes ad montes cessum uel regressum quantum ad me pertinet tam in brauo quam in domitum ubi potueris inuenire concedo et confirmo pro quo accepi de te in precio X solidos de dineros jaqueses et pane et uino et carne et alium multum bonum seruicium que mihi fecisti pro ad roborandam kartam. Ita habeas teneas uendere comutare uel testamentare et facias que tua fuerit uoluntate, ita ut de odie die uel tempore de meo iure sit abrasa illa hereditate et in tuo dominio sit tradita atque confirmata cuncta per secula amen. Et si aliquis homo uenerit tam pro me Pelagio Petriz quam per mater mea aut per iermanos meos aut per alios homines quisquis fuerint qui scriptura ista temptauerit et ego Pelagio Petriz in concilio augtorigare non uoluerim quomodo pariem tibi Martino Petriz C.^{m} L.^{a} solidos de argento et illa hereditate duplata uel triplata in simile tale locum ubi uobis

